






ERYCI PUTEANI
BAMELRODI
Historiograghi Regii, Professoris,
Consiliarii, &c.

EPISTOLARUM
APPARATUS
POSTHUMUS,



IN CENTURIAS SEPTEM
DISTRIBUTUS,

Operâ & Industriâ
XYSTI ANTONII MILSERI
AUTHORIS GENERI.

TOMUS PRIMUS.





LOVANII,
Typis ANDREAE BOUVETI, Typ. jur.
ANNO CIↃ.IↃC.LXII.






ROMA. ARX LOVANIENSIS






I. B. van Heil delin. Caes. Louwers sculp.

LOVANII, Typis ANDREÆ BOUVETI, A.° ↀ.IↃC.LXII.





SANCTISSIMO

DOMINO NOSTRO

AC PATRI,

ALEXANDRO VII.

PONTIFICI,

RE ET APPELLATIONE

BONO ET MAGNO,

IMO

OPTIMO MAXIMO,

IN

SALUTEM ET PACEM,

ORBIS CHRISTIANI

NOBIS DATO,

CUJUS VIRTUTES

EXIMIÆ,

a 3 AC



AC LAUDES INNUMERÆ,

QUIA

TOTI MUNDO NOTISSIMÆ,

ALIISQUE

CELEBRATISSIMÆ,

SILENTIO ETIAM,

SED EX ADMIRATIONE NATO,

QUOD NOVUM ELOGII

GENUS EST,

A PLURIMIS

MAGNARUM RERUM

JUSTIS ÆSTIMATORIBUS

COLUNTUR,

SUSPICIUNTUR,

EXTOLLUNTUR,

SEPTEM HAS

CENTURIAS POSTHUMAS

EPISTOLARUM,

AD,

AD

SUMMOS PONTIFICES,

CARDINALES,

PATRIARCHAS,

NUNCIOS APOSTOLICOS,

ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS,

ABBATES, PRÆPOSITOS,

ALIOSQUE

TUM IN

SACRA DIGNITATE CONSTITUTOS,

TUM IN

ECCLESIA SPECTABILES:

ITEM

AD VIROS

PRINCIPES, PROREGES,

PROVINCIARUM PRÆFECTOS,

MAGNATES

ET LEGATOS,

ALIOSQUE

STATUS MINISTROS,

AC BELLI DUCES,

CONCILIORUM

PRÆSIDES,

AC

SENATORES,

VIROS DOCTOS

ET AMICOS:

FILIOS QUOQUE,

CONSANGUINEOS

ET AFFINES,

RELIQUOSQUE

TUM

TUM VIRTUTIS,
TUM ERUDITIONIS,
TUM BONÆ FAMÆ,
AC
FIDÆ AMICITIÆ TITULO
SATIS SE PRODITUROS
SCRIPTARUM,
AB
AMPLISSIMO
CELEBERRIMOQUE
VIRO
ERYCIO PUTEANO
BAMELRODIO,
MAJESTATIS CATHOLICÆ
TUM MEDIOLANI,
APUD ITALOS,
TUM LOVANII,

APUD BELGAS;

CONSILARIO

QUONDAM,

HISTORIOGRAPHO;

AC

PROFESSORE REGIO,

DEVOTISSIMOQUE

SANCTITATIS TUÆ,

DUM VIVERET,

CULTORE,

FELICI PRORSUS OMINE

AC NOMINE,

PRIMUM

PONTIFICATUS,

SEPTENNIUM INGRESSO

SEPTEMQUE

MON-

MONTIUM CUSTODI,

XYSTUS ANTONIUS MILSER

AUTHORIS GENER

SUMMA CUM DEMISSIONE,

AC


SACRORUM PEDUM

DE OSCULATIONE

DAT,

DICAT,

CONSECRATQUE.



ÆQUE



ÆQUE ET LATINE LECTOR

NOvas hic, aut, si mavis, veteres Epistolas *in* Centurias septem *distributas, lectioni tuæ consecrare lubuit.* Novas *quia hactenus non editas, veteres quia* Posthumas, *quia* PUTEANI: *has autem non quia selectas ex millibus, quæ per variorum Chartophylacia*, scribentis *ac* mittentis *calamo dispersæ, etiamnum supersunt; sed quia ad manum. Splendidæ satis fuerint, (nec enim alia commendatione indigent) si magnum* AUTHORIS *nomen præferent. Optaveram*

veram à prælo politiores & emendatiores, aut quales vel Aristarchus desideret producere; sed aliis occupationibus incontinenter distractus, omnem huic operi industriam addere non potui. In votis etiam erat, plures Centurias publici juris facere, sed Epistolæ desiderabantur, quas si qui ex asservantibus, nobis submittere non gravati fuerint, (quod obnixè rogo) novum propitio Cœlo, Apparatum adornabo. A titulis quoque & epithetis, quæ cujusque dignitas exigere videbatur, consultò abstinui: partim plurimorum offensam, vel tapinosi, vel auxesi facilè incurrendam declinans; partim AUTHORIS *morem imitatus. Tu igitur* PUTEANI *stylo, nostróque labore benignè utere: & si grata fuerint, alia aut etiam omnia, à plena editione exspecta.*




VITA



EFFIGIES
AMPLISSIMI CLARISSIMIQUE VIRI
ERYCI PUTEANI
Historiographi Regii, Professoris, Consil. &c.
Ad quam sic olim allusit DAN. HEINSIVS:
Quem legis stupesque Lector hactenus, semel vide.
Talis ore, major ævo, Doctor Orbis, omnium
Temporum fax PUTEANUS, & sui compendium.

I.B. van Heil delin. *Coenr. Lauwers sc.*

VITA
Ampliſſimi, Clariſſimique
VIRI.
ERYCI PUTEANI,
CONSILIARII,
HISTORIOGRAPHI,
PROFESSORIS,
NEC NON
ARCIS LOVANIENSIS
PRÆFECTI REGII.


RYCIUS PUTEANUS *Venlonæ* GELDRIÆ Superioris Oppido, anno cIↃ IↃ. LXXIV. Prid. Non. Novemb. die S. MODESTÆ ſacro, veſperi ſemihorâ poſt decimam natus eſt, Patre JOANNE, Viro Conſulari *Bamelrodiæ ſtirpis*, Matre GERTRUDE SEGERS, HENRICI Prætoris Venlonenſis Filiâ

Filia. Ab ipsis quasi unguiculis nîl nisi MARTEM spirans, non alia ferè crepundia, quàm arma tractabat; sæpiusque inter milites, quàm pueros versabatur. Verùm à matris obitu decennis *Dordracum* translatus, & litteris elegantiisque admotus, ęquales inter mox excelluit, & varia industriæ pręmia tulit à Præceptoribus, uti fieri assolet, proposita. Eloquentiam deinde & Philosophiam *Coloniæ Agrippinensium* à Patribus Societatis JESU hausit; jam inde mirum in modum Mathęsi, Musicę, picturęque deditus. Author tum quoque fuit Parenti, scripto ad hoc luculento Consilio, è *Batavis* ut secederet, sedemque Patrio in solo refigeret, annos tum, XIX. natuş. Jus Civile *Lovanii* in studiis didicit, tituloque Baccalaurei seu Lytę, anno CIↃ, IↃ. XCVII. Kal. Julii insignitus fuit; JUSTO LIPSIO tunc perquam familiaris & carus: quem ut audiret, oblatam à Serenissimo BAVARIÆ DUCE.

Cime

Cimeliorum Præfecturam neglexit: ejusque suasu atque auspiciis, transacto *Lovanii* biennio, in ITALIAM profectus, ab Excellentissimo JOAN. FERNANDÆO VELASCIO, Mediolanensi Gubernatore, aliquamdiu detentus, in Magnatum Amicitiam penetravit; quamvis præcipua illi & litteraria consuetudo intercederet cum Clarissimis Viris, famâ & scriptis illustribus, LUD. SEPTALIO, JOAN. BAPT. SACCO, JOAN. BAPT. SILVATICO, aliisque. Eminentissimo Cardinali FREDERICO BORROMÆO, Archiepiscopo Mediolanensi, SANCTI CAROLI Nepoti ac succcessori dignissimo inprimis gratus fuit, intimusque, & in cunctis functionibus suis individuus comes, cujus etiam judicio Magnus ille Præsul ad Populum verba facturus, seriem Concionis suæ solitus erat submittere. *Patavium* deinde, valetudinis & simul studiorum caussâ, se contulit, ac domo Perillustris Viri,

JOAN. VINCENTII PINELLI, usus est. Hinc verò anno cIↄ. Iↄ c I. cum x x v. ætatis ageret, *Mediolanum* ad publicam & Palatinam Eloquentiæ Cathedram revocatus, magis magisque ingenium intendere cœpit, &, sparsâ jam aliquâ nominis famâ, Historiographi quoque Titulo à REGE CATHOLICO auctus; *Romaque* in Civium Patriciorumque numerum cum tota posteritate, solenni Senatusconsulto An. Dom. cIↄ. Iↄc. III. adscriptus, ac *Mediolani* in Ordinem Doctorum J. U. more rituque Majorum cooptatus, firmatâ ibidem sede, cùm familiam aleret, an. cIↄ. Iↄc. IV. Prid. Kal. Martii, Uxorem sibi elegit, curarum sociam, MARIAM MAGDALENAM-CATHARINAM TURRIANAM. Verùm an. cIↄ.Iↄc. IV. à Serenissimis BELGARUM PRINCIPIBUS, BRABANTIÆQUE Ordinibus in BELGIUM evocatus, & successor JUSTO LIPSIO datus, familiam transtulit

lit *Lovanium*; qua in Urbe totos XL. annos docuit, & scripsit. Viris Principibus ac Magnatibus, cæterisque omnis Ordinis Primoribus in BELGIO, & extra, in pretio & amore fuit, vel Virtutum suarum ac doctrinæ gratiâ, ut ingens Epistolarum moles atque apparatus fidem facit: talemque adhuc juvenem deprædicabat LIPSIUS; *vitâ scilicet, moribusq; modestum, ingenio ad optimas Artes facili & tenaci, versu & prosâ bonum*: & porrò talem ipse se egregiè præstitit. Superavit enim hæc, aut si quæ alia sunt, encomia; Atticumque stili acumen pari elegantiâ & facilitate usurpans, ostendere non minùs vivendo, quàm docendo semper adnisus est, in litteris etiam Sapientiæ ac veræ Philosophiæ studium contineri. Aliquid J. LIPSII etiam in vultu ac voce ejus fuisse, plures confessi sunt, præsertim qui LIPSIUM eâ ætate novêrunt. Una ei cura fuit, benè de Juventute & Republica mereri; Dignus proinde, qui Sere-

nissimo ALBERTO PIO, BELGARUM PRINCIPI, à Consiliis esset, & PHILIPPO IV. REGI CATHOLICO, in BELGIO quoque hoc nostro ab Historiis: dignus etiam, cujus PALLADI MUSISQUE Arx ipsa Lovaniensis in Monte etiam quasi altero HELICONE, extructa Præfecturæ Titulo serviret. Neque tantis Honoribus inferiora PUTEANI merita fuere. Ejus enim consiliis Ærarium Regium ad XCVII. millia florenorum auctum, cùm interim non gravari se mercatores & nautæ Mosani (ad quos spectabat hoc negotium) sed sublevari publicè profiterentur. Quid etiam? Summâ illius industriâ factum, ut Venlona, ubi patebat, & hosti obnoxia erat, firmissimo propugnaculo muniretur; ut sic quidem Urbs servata videatur. Sed ejus ingenio ac solertiâ Conjurationem Polonicam detectam & sic impeditam fuisse, tanti momenti fuit, ut omne præmium superârit. Verba Patris HERMANNI HUGONIS, qui

Mar-

Marchioni SPINOLÆ à Sacris Confeſſionibus erat, æſtimanda hic ſunt: *Mea cautio erit, ut* REX POLONIÆ *ſciat, cui ſalutem debeat ſuam; ut* PHARAONIS *liberalitatem imitetur in* JOSEPHUM, *aut* ASSUERI *gratitudinem in* MARDOCHÆUM. POLONIA quidem recepit hoc ab illo beneficium, ſed in univerſum Orbem Chriſtianum extenſum eſt: quod quale, quantumque ſit, BOHEMIA & turbæ inde natæ, ſatis declarârunt. Scripſit multa partim in ITALIA, partim in BELGIO; Sacra, Oratoria, Epiſtolica, Philologica & Philoſophica, Hiſtorica, Politica & Mathematica: utrâque oratione, ac rythmo quoque vernaculo Atticus. Vixit Pacis amantiſſimus, placidè, quietè, cum omnibus, & Amicè. Obiit ſumma cum tranquillitate, & qui Deum ob oculos vivendo ſemper habuerat, in ejus voluntatem ac miſericordiam moriendo ſe totum reſignavit: annos natus LXXI. menſes X. dies XII, horas III.

Deceſſit Lovanii in Arce xv. Kal. Octob. ∞. I Ↄ C X L V I. horâ II. poſt mediam noctem. In Eccleſia Collegiata Divi PETRI, Sacello S. CAROLO BORROMÆO conſecrato, & non ita pridem extructo primus omnium ſepultus eſt; quod ob ſingularem cultum & pietatem quâ in hunc Sanctum ferebatur elegerat, cujus partim etiam patrocinio, dum in vivis eſſet, ejuſdem Divi Reliquiæ ab Eminentiſſimo FREDERICO BORROMÆO impetratæ ſunt, eoque loco hodie venerationi & admirationi expoſitæ.



EPI-

EPITAPHIUM
Quod ipſe ſibi mortis memor ſcripſit.

ΣΠΟΥΔΑΙΩC ΖΗΝ ΑΡΙΣΤΟΝ.

VIXISSE NE ME NESCIAS, ADHVC LOQVOR.
PVTEANVS EGO SVM, MENTIS ARDOR QVEM BONÆ
EVEXIT, ORE PVBLICE VTILEM, ET STILO.
QVID PLVRA? TV QVOD ES, FVI; TE COGITA.
AN NON VBIQVE CVRA, CRVX, MOLESTIA?
CEV NAVIGES, VEL SCYLLA, VEL CHARYBDIS EST:
POST FATA PORTVS, VITA MORTE NASCITVR.
MORI NECESSVM EST, NON NECESSVM EST EMORI.
VIXISSE PVLCHRE IN REBVS EST ÆTERNITAS.

MORTUUM AUDIS?
UT EGO TE VIVUM,
BENE PRECARE MORTUO.

ERYCI

ERYCI PUTEANI
BAMELRODI
BIBLIOTHECA,

SIVE

OPERA OMNIA,

Oratoria, Epiſtolica, Philologica, Philoſophica, Miſcellanea, Hiſtorica, Politica, Mathematica,

IN

V. TOMOS DISTINCTA.

TOMUS I.
ORATORIA.

S*Vada attica*, ſive *Orationes ſelectæ pleræque conjunctim editæ* Lovanii, 1615. 8. typis Joan. Chriſtop, Flavii.

Pro titulo Profeſſorio Gratiarum actio, ſive *Eloquentiæ Auſpicia* ad Senatum Mediolanenſem: antea *Panegyrici* titulo

tulo edita Mediolani, apud *Malatestam*, 1601. 4.

Biennii Apologismus; De perfecti Rhetoris officio, sive Eloquentiæ Auspicia secunda. ibid. 1602. 4.

De Rhetoribus & Scholis Palatinis Mediolanensium. Ibid. 1604. 8.

Pro libertate Litterarum. ib. 1604. 8.

De usu fructuque Librorum, & Bibliotheca Ambrosiana. Ibid. 1605. 8.

De Facilitate linguæ Græcæ. Ibid. 1605. 8.

Pro Raphaele Montorfano. Alexandriæ 1605. 4.

De L. Iulio Floro; deq; titulo ac munere Historiographico.

Iuventutis Belgicæ Laudatio. Lovanii, 1607. fol. & aliàs.

Lipsiomnemα Anniversarum, sive *Laudatio Funebris*, J. LIPSII, die anniversario habita. Typis Plant. 1607. 4.

De Libris & Libellis. Lovanii, apud Rivium, 1609. 12.

Stimulus sive Exhortatio ad Litterarum studia Ibid. 1610. 12.

De Palæstra Bonæ Mentis. Ibid. typis Christ. Flavii. 1611. 4.

In Sclopum Declamatio. 1606. 12.

De Sapientia Mystica, in Griphum Ausonii.

Democritus, sive De Risu. Typis Flavii, 1614. 4.

De Puteali Libonis. Mediolani, 1606. 8.

In Q. Curtium Præfatio, De præstantia Historiæ Curtianæ.

In Corn. Tacitum Affectus, sive *Præfatio*. Lovanii, typis Masii. 1619. 4.

Encomium Ovi. Lovanii in 8. & Monachii, 1617. 12.

De Eloquentiæ studiis Dissertatio, quâ Suadæ FRAN. WOVERII JOANNIS filii duodecennis applauditur. Typis Plant. 1622. 4.

Homilia De Purificatione MATRIS VIRGINIS. Lovanii, typis Flavii. 1612. 4.

Item De Annuntiatione. Typis Plantin. 1618. 4.

De Assumptione. Typis Dormalii, 1610. 8.

Applau-

Applausus HYACINTHI *De* HERRERA *Monarchiam Florum edente.*

Timothei Praesbyteri sermo de duabus CHRISTI *Naturis in* 4.

Commendatio Phaedri, in 8.

Allocutio familiaris ad juventutem Somnio SCIPIONIS præmissa.

De morte GABRIELIS TENCZYNCKI.

De Pharmacopoliis Dissertatio ad Senatum Bruxellensem.

Pro Vrbe & Academia Lovaniensi Dissertatio ad Cardinalem DE LA CUEVA.

Ad URBANUM VIII. *Pontificem Congratulatio.*

Ad PHILIPPUM IV. HISPANIARUM REGEM *pro* DUCATU LUXEMBURGENSI.

Ad URBANUM VIII. *Pontificem Opt. Max. Oratio Astraea Lovaniensis.* Lovanii, typis Ber. Masii. 1618. 4.

Fasti Decanales. Ibid.

Panegyricus Mediolanensium.

Suada Auspicalis, sive Orationum selectarum praemetium cum Epidigmate Histo-

rico. Hanoviæ.

In Somnium SCIPIONIS *Prælectiones.* Ineditæ.

Isagoge ad Eloquentiam. inedita.

TOMUS II.

EPISTOLICA.

EPistolarum Atticarum Apparatus*: nimirum *Promulsis*, in Centurias tres distrubuta; typis Flavii, 1612. 4. & Elzevirianis, 1616. 8. *Missus secundi* item in Centurias III. iisdem typis: *Bellaria*, Centuriæ totidem: *Deliciæ adoptivæ*, Centuria una.

Epistolarum Atticarum Centuria singularis & nova: Ad V. N. & A. *Franc. Kinschotium*, Supremum Belgicæ Thesaurarium. Typis Dormalii, 1625. 4.

Epistolarum Atticarum Apparatus novus: Centuria I. & II. 1634. III. & IV. 1639. 12. Antver. typis Cnobbari.

Pompa Prosphonetica sive, *Præfationum syntagma.* Lovanii, apud Everardum De Witte, 1639. 8.

Cryptographia Epistolica: cum Epistolis edita, typis Flavii, 1612. 4.

Apparatus posthumus in quatuor Centurias distributus. Lovanii typis Andreæ Bouvetii. 1662. 8.

Ad LUD. SEPTALIUM *pro Pallade Modulata, ined.*

Epistolæ Ad CONST. HUGENIUM, & DAN. HENSIUM. *Viros Nobiliss.* edente M. Z. BOXHORN. Lugdin. Batav. apud Hack. 1647.

Plurimæ Centuriæ Epistolarum prælum exspectant.

TOMUS III.

PHILOLOGICA, PHILOSOPHICA, & MISCELLANEA.

E quibus seorsim ac deinde junctim editæ sunt Diatribæ sequentes.

I. G*eniales sermones*. Francof. typis Wechel. 1602. 8. antea Mediolani 1598. 4. *Reliquiarum titulo.*

II. *Musathena*, sive *Septem Discrimina Vocum*; typis Wech. 1602. 8. ant. Mediol.

diol. 1599. 8. titulo *Palladis Modulatæ.*

III. *Iter. Nonianum*; typis Wechel. 1602. 8. antea Venetiis, 1600. 8. titulo *Plejadis Musicæ.*

IV. *Facula distinctionum.* Lovanii, apud Ger. Rivium, 1610. 12.

V. *De Distinctionibus Schediasma.* Mediol. 1601. 12.

VI. *De* ERYCIO *nomine Syntagma.* Francof. typis Wechel. 1606. 8.

VII. *De Laconismo.* ibid 1606. 8.

VIII. *Thyrsi Philotesii*, sive *Amor Laconissans.* Lovanii, 1609. 12. antea *Tesserarum* titulo Mediol. 1604.

IX. *Comus*, sive *Phagesiposia Cimmeria: De Luxu Somnium*; typis Rivii, 1608. 12. Antea *Epistola* fuit, *De Luxu Conviviorum* scripta.

X. *Consolatio Cæcitatis.* Ibid. 1609 12.

De Cometa Anni CIↃ IↃC. XVIII. *Paradoxologia Libri duo.* Ibid. Apud Masium, 1619. 12. & Coloniæ Apud Burgen. Eod. anno.

Pecuniæ Romanæ Ratio, facillimo ad nostram calculo revocata. ibid. apud Rivium, 1620. 8.

De

De Stipendio militari apud Romanos Syntagma. ibid. 1620. 8.

Martyremata Academica: Doctrinæ & Probitatis Testimonia. Typis Elzevir. 1618.

De Symbolo. ibid. 1615. 8.

Ænigma Regium. Monachii, apud Raph. Sadelerium, 1622. 12.

Strictura in Isaacum Casaubonum. Lovanii, typis Flavii, 1612. 4.

Vnus & omnis, Vis & Proprietas UNIUS. Ibid. typis Coenestenii, 1623. 4.

Enchiridion Ethicum ex ARISTOTELE olim collectum, PUTEANO, interprete. Ibid. apud Dormal, 1620. 8.

Bruma CHIMONOPÆGNION *De laudibus Hiemis.* Monaci, typis & Imaginibus Raph. Sadelerii. 1619. 8.

Methodus Litterarum ad filios.

Cryptographia Taßiana, sive *Nova scribendi Latebra.*

Ius Regium Arcis Lovaniensis.

De Begginarum Origine Suffragium.

Bonæ Indolis Iconismus.

Musarum Ferculum, Carmina selecta

diol. 1599. 8. titulo *Palladis Modulatæ.*

III. *Iter. Nonianum*; typis Wechel. 1602. 8. antea Venetiis, 1600. 8. titulo *Plejadis Musicæ.*

IV. *Facula distinctionum*. Lovanii, apud Ger. Rivium, 1610. 12.

V. *De Distinctionibus Schediasma*. Mediol. 1601. 12.

VI. *De* ERYCIO *nomine Syntagma*. Francof. typis Wechel. 1606. 8.

VII. *De Laconismo*. ibid 1606. 8.

VIII. *Thyrsi Philotesii*, sive *Amor Laconissans*. Lovanii, 1609. 12. antea *Tesserarum* titulo Mediol. 1604.

IX. *Comus*, sive *Phagesiposia Cimmeria: De Luxu Somnium*; typis Rivii, 1608. 12. Antea *Epistola* fuit, *De Luxu Conviviorum* scripta.

X. *Consolatio Cæcitatis*. Ibid. 1609 12.

De Cometa Anni CIↃ IↃC. XVIII. *Paradoxologia Libri duo*. Ibid. Apud Masium, 1619. 12. & Coloniæ Apud Burgen. Eod. anno.

Pecuniæ Romanæ Ratio, facillimo ad nostram calculo revocata. ibid. apud Rivium, 1620. 8.

De

De Stipendio militari apud Romanos Syntagma. ibid. 1620. 8.

Martyremata Academica: Doctrinæ & Probitatis Testimonia. Typis Elzevir. 1618.

De Symbolo. ibid. 1615. 8.

Ænigma Regium. Monachii, apud Raph. Sadelerium, 1622. 12.

Stricturæ in Isaacum Casaubonum. Lovanii, typis Flavii, 1612. 4.

Vnus & omnis, Vis & Proprietas UNIUS. Ibid. typis Coeneſtenii, 1623. 4.

Enchiridion Ethicum ex ARISTOTELE olim collectum, PUTEANO, interprete. Ibid. apud Dormal, 1620. 8.

Bruma CHIMONOPÆGNION *De laudibus Hiemis*. Monaci, typis & Imaginibus Raph. Sadelerii. 1619. 8.

Methodus Litterarum ad filios.

Cryptographia Taſſiana, ſive *Nova ſcribendi Latebra*.

Ius Regium Arcis Lovanienſis.

De Begginarum Origine Suffragium.

Bonæ Indolis Iconiſmus.

Muſarum Ferculum, *Carmina ſelecta*

complectens.

Sententiæ Aculeatæ.

Flores Caſti.

De jure jurando Antiquorum judicium.

Serta Phaleucia.

Reliquiæ Convivii Priſci.

Parænetica.

Ruſi & Gibboſi Perjurium in Cauſſa Coronaria.

De Nundinis Romanis, Nova Faſtorum velut Facula. Lovanii, typis Andreæ Bouvetii. 1646. 12.

De Anagrammatiſmo quæ Cabalæ pars eſt, Diatriba. Bruxellæ typis Joan. Mommartii, 1643. 12.

Vitæ humanæ Bivium; Virtutum & vitiorum Lineæ, notis ethicis diſtinctæ. Lovanii, typis And. Bouvet. 1645. 12.

De Ternario Numero in Auſonii Griphum Commentairus. inedit.

Eortologium Romanum: Dies Romanorum Feſti & Solennes. inedit.

Chironomia Antiquorum, ſive *De Ratione Geſtuum.* inedit.

Inſcriptionum & Epitaphiorum Sylloge inedit.

De

De Natatu. inedit.

De ERYCIO *Nomine Apologiæ* inedit.

In Odas HORATII *Commentarius* inedit.

In ARISTOTELEM *De Virtutibus & Vitiis Commentarius.* inedit.

Notarum Veterum Spicilegium. inedit.

In Mimi Sententias Notæ. inedit.

TOMUS IV.

HISTORICA & POLITICA.

H*Istoriæ Insubricæ*, ſive *Barbaricæ* libri VI. qui irruptiones Barbarorum in Italiam continent. typis Elzevirii, 1614. 8. & Joan. Cnobbari, 1639. 16. Item plenis *Commentariis* illuſtrati: cum *Barbarorum Encomio*, ad Eminentiſſ. Franc. S. R. E. Card. BARBERINUM. Lovanii, typis Dormalii, 1630. Fol.

Hiſtoriæ Mediceæ Libri II. Res à *Ioan. Iacobo Medicæo* circa Lacum Larium geſtæ. ibid. 1614. 4. & Antver. 1639. 16.

Historiæ Belgicæ Liber singularis, *De Obsidione Lovaniensi*, An. CIↃ. IↃC. XXXV. Antver. typis Cnobbari 1636.

Arx Lovaniensis à Principibus lustrata. Lovanii, apud Masium 1619. 12.

Genealogia PUTEANÆA *Bamelrodiorum Venlonensium ab Origine Vrbis, sive anno* CIↃ. CCC. XLIII. *deducta.* Typis Dormalii, 1630. Fol.

Hispaniarum Vindiciæ Tutelares: venisse in hæc Regna S. JACOBUM Apostolum &c. ibid. apud Rivium, 1608. 4.

DIVA VIRGO *Aspri-Collis:* Beneficia ejus & Miracula novissima. Lovanii, apud Henr. Hastenium, 1622. 4.

Pietatis Thaumata in Protheum Parthenium, unius libri versum & unius versûs librum, stellarum numeris sive formis ∞. XXII. variatum. Typis Plantin. 1617. 4.

DIVÆ VIRGINIS *Bellifontanæ Descriptio*. ibid. 1631. 4.

S. GENOVEFÆ *Ducis* BRAB. *Filiæ Iconismus.* Lovanii, apud Masium, 1618. 4.

De

De S. FLAVIA DOMITILLA, *Martyre, Obseruatiuncula Epistolica*; ad locum Martyrologii Romani. Nonis Maii. ibid. apud Coeneſtenium, 1629.4.

Phœnix Principum, ſiue ALBERTI PII *Morientis Vita*. ibid. typis Haſtenii, 1622. 4.

Idea Virtutis, *Principis unius omnium Optimæ* ISABELLÆ CLARÆ EUGENIÆ *Vitâ & morte in exemplum Delineata*. ibid. apud Coeneſtenium, 1634. 4.

Purpura Auſtriaca Hierobaſilica Sereniſſ. Principis FERDINANDI HISP. *Infantis* S. R. E. *Card. Effigiem colore Panegyrico repræſentans*. Antver. typis Cnobbari, 1635. 4.

Theatrum Heroïcum, Imperatorum, Auſtriacorum, Ducum BURGUNDIÆ, & Regum HISPANIARUM. Bruxellæ. typis Joan. Mommartii. 1642. Fol.

Elementa Baſilica: quibus Educatio Principis continetur; typis Coeneſtenii, 1626. 4.

De Induciis Belli Belgici Diſſertatio Politica. ibid. 1633.

Belli

Belli & Pacis statera. ibid. 1633. 4.

Ærarium Pietatis novum & militare sine tributo vectigali, onere &c. Bruxellæ, 1630. 4.

De officio judicis. Typis Elzevir. 1619. 8.

Auspicia Bibliothecæ Publicæ Lovaniensis, 1639. 4.

Stemma Cantelmianum.

Civilis Doctrinæ lineæ quibus ARISTOTELIS *politicorum libri tres primi repræsentantur.* Lovanii, typis Andreæ Bouvetii. 1645. 12.

Bruxella Septenaria. typis Joan. Mommartii 1646. Fol.

In Salustii Bellum Catalinarium Annotationes uberiores. inedit.

Hieronomia Romana. inedit.

Discursus Politicus in Epistolarum CICERONIS *ad Q. fratrem.* inedit.

In GERMANIAM TACITI *Commentarius* cui præmittitur Oratio inedit.

In PERSIUM & VALERIUM MAXIM. *Annotationes.* inedit.

De Sarcophagis Gentilium. inedit.

Cardi-

Cardinalis BENTIVOLI *Relationes Latinitate donatæ.* inedit.

DIVA VIRGO *Thenensis in Lacu.* ined.

TOMUS V.

MATHEMATICA.

O*Lympiades, solâ manu, ut verè annis mundi respondent, computatæ.* Lovanii. typis Coenestenii, 1626. 4.

Indigitamenta Temporum, sive Fasti perpetui digitorum articulis computati. Antv. typis Abrah. Verhoevii, 1630. 4.

Circulus Urbanianus, sive linea ἀρχημερινὴ *compendio descripta:* quâ Dierum Civilium principium Hieraticum hactenus desideratum constituitur. Ty. Coenestenii, 1632. 4.

De quatuor principiis Diei, ab A. V. *Ioan. Boyvino* propositis *Theoresis* ibid.

Circuli Urbaniani Vindiciæ, adversùs *Iac. Michalorum*, Urbinatem. ibid. 1633. 4.

De-

De Bissexto: nova temporis Facula, quâ intercalandi arcana hactenus obscura illustrantur.

Item *Corona Radiata*, sive *Dierum apud Indos Diorthosis*, Fastis exæquandis necessaria. ibid. 1637. 4.

Dissertatio de Belli Fulmine Langreano, quo plures ordine, & distincto incendio globi ex uno eodemque Tormento exploduntur Bruxellæ, typis Mommartianis, 1640. Fol.

Linea Archemerina.

Munitionum Symetria. Lovanii, typis And. Bouvetii. 1645. 12.

Annorum πολυειδία De variis Annorum Formis. inedit.

Temporum series ab Adamo deducta per Annos Mundi. inedit.

Dissertatio Epistolica De primis Mundi Annis. inedit.

Calendarium perpetuum emendatum & auctum. inedit.

FINIS.

ILLUSTRI, GENEROSO,
LITTERATISSIMOQUE VIRO,

D O M I N O

X YSTO ANTONIO
M I L S E R,

EQUITI

ORDINIS MILITARIS CHRISTI,
NECNON
REGIO ARCIS LOVANIENSIS
PRÆFECTO;
MAGNI

P U T E A N I

SOCERI SUI
POSTHUMAS
EPISTOLARUM CENTURIAS
TYPIS EVULGANTI,


Llustre germen, corculum Camænarum,
Politioris Mysta litteraturæ;
Spes una honoris posthumi, & resurgentis
Columna Soceri; Digne Puteanaeos

Tran-

Transcribi in hortos floscule, ac pares tanto
A v o Nepotes gignere: hoc tuæ quamvis
M i l s e r e munus, dignitatis impar sit;
Gratanter accipe quidquid impetu fudit
Extemporario Minerva festinans.
Silere nescit Musa, dum locutura
Ubique grandis grande Nomen Authoris,
Epistolarum vera pandis ostenta;
Queîs orbe toto longiùs celebrentur
Amœnitas, Doctrina, Candor & Virtus,
Et Atticâ robustior phrasis gnomâ,
Viri Virorum Maximi, heu! nimis sævo,
Fatoque Belgis nuper invido extincti.
Flet luce cassum Patria; flent latinorum
Veneres leporum: lugubre induit syrma
Argolica Musa, mortuas querens artes
Cecidisse penitus unius viri occasu.
Sed (ô Favorem Cælitum!) à tenebrarum
Oppressione cuncta vindicat fœtus
Hic posthumus, divina studia complectens,
Et quidquid unquam rara Pallas ornavit
Voce P u t e a n i. Genius, Indoles, Vita,
Et elegantis Lingua loquitur Authoris,
Aperitque familiaria, & suo digna
Officia calamo. Principes Viros, Marti
Palladique sacros, Filios & Affines,
Ubique Latii diligenter observans
Dicti decorum, Masculâ phrasi affatur.

Quem

Quem te ergo dicam, Vita, Lux, Honos
MAGNI
MILSERE SOCERI? Posteram tibi obstringis,
Æternitatem. Perge litteratorum
Quod vota poscunt, cæteros VIRI fœtus
Proferre, seu quos mundus obstupens legit,
Privata seu quos arca servat indignis
Pressos tenebris. Unicum opus adornetur
Quod reliqua stringat opera; quod ferat plenũ
MAGNO PARENTI, terra quâ patet, Phœbum.
Adnitere bonis avibus; ut Diis æquis
PUTEANUS in te surgat: & suâ tandem
Splendida per orbem SCRIPTA luce cernantur;
Ac MAXIMO Auspice floreant ALEXANDRO.

F. ALBERTUS LE ROY
G[illegible]. Litterarii S. P. AUGUSTINI
Lovanii Præfectus.



d STEM-

Stemmate, Virtute, Eruditione
ILLUSTRI, ANIMIS VERE
GENEROSO DOMINO
D. XYSTO ANTONIO
M I L S. E R,
ORDINIS MILITARIS CHRISTI
E Q U I T I,
IN ARCIS LOVANIENSIS
PRÆFECTURA
AMPLISSIMO VIRO DOMINO
D. ERYCIO PUTEANO,
SOCERO SUO
SUCCESSORI
EJUSDEMQ; LUCUBRATIONES
POSTHUMAS
PUBLICO DONANTI.



T Famam *Genero Socer* perennem
* *Attico Calami* dedit lepore;
Sic Famam *Socero Gener* perrennem
Dat, reddente vices amore pulchras,
Hujus dum calami lepore tincta
Invidet

* *Stylo conciso & nervoso*, quem Am pliss. D PUTEANUS etiam publicè professus fuit, unde *Suada Attica* Illius.

Invidet *Tineis*, & eruditas
Noctes noctibus ex ineruditis
Promus vendicat Elegantiarum.
Dignior *Socero Gener* quis esse,
Vel *Socer Genero* quis esse quiuit?

E I D E M

DE EDITIONE HARUM EPISTOLARUM.



Cripta prius tantùm privato, unique legenda,
Tu facis ut possint pluribus illa legi.
Ergo *Socer* quantum quantum tot fecerit annis;
Hæc nisi Tu faceres, fecerat Ille minus.

E I D E M.



Um monumenta *Socer* per quæ testatur *Amicos*,
Et primos orbis se coluisse *Viros*
In lucem profers; *Cultus* renovatur *Amicis*,
Quique fuit *Tectus*, publicus hic fit *Honor*.
Sic raptus sit *Morte* licet PUTEANUS, in Illos,
Quos colit, *Affectus* non *moriturus* erit.

EIDEM.

CENTURIAS HAS

EPISTOLARUM

ALEXANDRO VII.

PONTIFICI MAXIMO

INSCRIBENTI.



Uis Ille, cujus dextra *Litteratarum*
Hanc *Litterarum* prima demetet messem?
Messem Süadæ melleæ, aureæ *Suadæ*,
Et GRATIARUM qualis insidet labris,
Nunquid *Quirinæ* cui decus triplex *Mitra*
Frontem coronat, orbis è Tribunali
Divina primo jura dans ALEXANDER?
Non judicandus, omnibus sedens *Iudex*?
Nil melius Hercle: sicut Arbiter summus
Hîc & Sacrorum est, & colentium Sacra:
Sic Litterarum est atque Litteratorum,
Quique PUTEANUM debitè fuit quondam
Florem æstimare Solitus eruditorum.

BERN. HEYMBACHIUS.

ILLUSTRI JUXTA
AC
ERUDITO VIRO
DOMINO
D. XYSTO ANTONIO
M I L S E R
ORDINIS MIL. CHRISTI
EQUITI,
NECNON
REGIO APUD GRUDIOS
ARCIS PRÆFECTO;
MULTIS NOMININIBUS CELEBRIS
ERYCII PUTEANI
SOCERI SUI
EPISTOLARUM
FOETUM POSTHUMUM
EDENTI.




Um tibi mors SOCERUM
MILSERE, invidit, & orbi,
Hûic gravis ingenii, pondere venter erat.
Non pateris Fœtum latitare, at protinus alvo
Ereptum, comitem non finis ire Patri;

d 3 Suscipis

Suscipis: inde suo vixdum de Patre cadentem
Fovisti gremio (nam bene dignus erat)
Editus in lucem tibi, sed sine luce jacebat
Atque sine Authoris nomine, nomen erat.
Indignans gemis; &, quid ? ais, sine nomine cunctis
Fratribus inferior posthume fœtus eris ?
Te spreto, fratrum, titulos ostendat apertos
Turba, nec invisâ nomina fronte gerat ?
Tu solus Grudiâ latites ignotus in Arce,
Nuper ab exequiis posthume rapte patris ?
Non ita: sed positos videas ex ordine fratres
Quos studium cunctos evigilavit idem.
Dixisti : & reliquis communi luce fruisci
Jussisti, SOCERO vix minor inde tuo.
Præsulibus, Ducibusque, suis, quæ posthuma scripsit;
Edis, ei socia velificatus ope.
Vive diu in SOCERO felix MILSERE tuique
Auctior à Generi nunc PUTEANE manu!

Epigramma hoc extemporarium
D. C. Q.
F. ANTONIUS DOUCHE
Aug. in Gym. M P. AUGUSTINI
Lovanii, Eloquentiæ Professor.

EIDEM.



EIDEM.

O Quanti indignam PUTEANO tollere noctem,
Et plenum SOCERO conciliare Diem!
Conciliavit amor MILSERI pectore Dignus,
Surgere victurum quando coëgit opus.
Attica nunc tanto gratetur Musa PATRONO,
Perpetuum cingens fronde virente CAPUT.
Desino, nam impatiens pandit Cyllenius alas,
Posthumus EUPANTI Nuncius esse cupit.

Amoris causâ cecinit
C. P. H. MAILLIART J. C.

IN
Apparatum Posthumum
EPISTOLARUM
MAGNI
ERYCI PUTEANI
AD
ALEXANDRUM VII.
Pontificem Opt. Max.
EDITUM
Ab Illustri ac Generoso Domino
D. XYSTO ANTONIO MILSER
MILITIÆ CHRISTI
EQUITE
ET ARCIS LOVANIENSIS
PRÆFECTO REGIO.



Udiit hęc tumulo Mors te PUTEANE loquentem,
(a) *Fata jubent, morimur, non tamen emorimur.*
Nec tulit, infremuit nudo sine dentibus ore,
Et pede busta premens, emorietur, ait,
Ille

(a) Ut suo Epitaphio PUTEANUS *Mori necessum est, non necessum est emori.*

Ille sibi, & Scriptis jactet post funera vitam,
Hęc modo cum Domino sunt peritura suo.
Nec mora: fatales tumulum prope turbida flammas
Aut parat, aut certè visa parare fuit:
Jamq; rogus tumulo junctus busta altera stabat
Non benè victuro busta parata Viro,
Cum super imponit (a) *Musas* (b) *Artemq; Natandi*,
Discet, ait, pelago tuta, perire rogo,
Et siquid doctæ possint post fata Camœnæ,
Quod malè jactarunt, se, sociamque gemant:
(c) *Sarcophagos veterum*, flammisque (d) *Epitaphia* tradens,
Sunt, ait, hæc juri debita Scripta meo,
(e) *Annorum Series à primo temporis ortu*
Non trahet ad plures tempora ducta dies,
(f) *Bentivolus Latius* (g) *Latij* quoque *Fulminis*, inquit,
Somnia sunt flammis vana probanda meis:
(h) *Pharmaca* cum spectat, refugit, nec tangit, & inquit,
Hæc mihi vel tactu sunt metuenda suo.

Pagi-

(a) Musarum Ferculum. (b) Tractatum de Arte Natandi. (c) Tractatum de Sarcophagis Gentilium. (d) Epitaphiorum Sylloge. (e) Temporum Seriem ab Adamo deductam per Annos Mundi, & Dissertationem Epistolicam de Primis Mundi annis. (f) Cardinalis BENTIVOLI Relationes Latinitate donatas. (g) Prælectiones in Somnium Scipionis qui fulmen vocatur. (h) De Pharmacopoliis Dissertatio.

Pagina restabat referens te (a) *Diva Thenensis*,
Et tua jura pio Mors violata *Lacu*:
Hîc quoque sæva timet, crepitantes contra-hit artus,
Scilicet hâc sensit fulmina missa manu.
Ter tamen exeruit trepidantem in crimina dextram,
Ter retulit, facinus nos satis ausa, manum.
Ne tamen ex illis aliquid post longa legatur
Tempora, lethæis utraque sparsit aquis.
Incubuitque aliis furor irritus: urere, dixit,
Non una ad magnos (b) *Littera scripta* Viros:
Dixerat, adstabat subitis Cyllenius alis,
Aut hic, aut ficto non minor ille Deo.
Scilicet & Superos tangit sua cura, movêre
Phæbum Musa solet, littera Mercurium.
Mors stupet, immotisque velut lapis ossibus hæret
(Sic quondam rigido corpore Battus erat)
Dum potuit, fugit numen rata; cum simul ignis
In fumum, & ventos visus abire fuit.
Invitâ superant illæsa Volumina morte,
Mercurio cessit mors sua scripta suo:
Hoc dedit Errori; sed quo ne turpiter illam
Delusam posses dicere, Misser erat.

Mercurio

(a) Divam Thenensem Lacustrem. (b) Apparatum hunc Posthumum Epistolarum.

Mercurio fictum quod fecit fabula munus,
Scilicet hoc verè jam sibi Milser habet:
Ille Deûm quondam mandata tulisse per auras
Dicitur, & superas isse, redisse vias.
MILSER ab ERYCIO doctæ conamina mentis
Deferet ad vestros inclita Roma (a) DEOS:
Et si quid Vatum valeant præsagia, sæpè
Cernemus Latias ire, redire vias,
Dum quidquid fera mors flammis, damnavit & umbris,
Quidquid Lethæis invida sparsit aquis,
Cœlum iterum, & Phœbum, Romanaque lumina cernent
Tuta jubente tuo Roma futura DEO,
Calvisiumq; suo perimet livore *Sabinum*,
Sternetur telis invida turba suis.
Tu modò ne dubita ceptos urgêre labores
MILSERE, & felix, quo vocat aura, sequi.
ERYCIUS superesse potest, longumq; supersit,
In famam vivas illius, ille tuam.

(a) Simili modo dicitur Psalm. 81. Vers. 6. *Ego dixi Dii estis*, &c.

D. C. Q.
ANTONIUS FRANCISCUS
WOUTHERS Antverpiensis.

Il[...]

Πρὸς Ενδόξιον τὸν, καὶ Καλῶς-γενναῖον
τὸν Κύριον

ΞΥΣΤΟΝ ΑΝΤΩΝΙΟΝ ΜΥΛΣΕΡΑ

τοῦ Χριστοῦ στρατιᾶς τὸν ἱππότην.




Μέγας ΟΨΙΓΕΝΟΣ ΞΥΣΤΩ
παράφερνα ΑΔΕΛΦΩ,
Τόνδε ΠΑΤΡΟΣ τύμβον χλωρᾶς
κοσμεῖ κυπαρίσσῳ,
Εκ τοῦ σοφῆς φοῖνιξ τέφρας κατὰ γράμματα πάντας
Τὸ ΣΠΟΥΔΑΙΩΣ ΖΗΝ ΑΡΙΣΤΟΝ
ταῦτα διδάσκει.

D. C. Q.

IDEM.



APPRO-



APPROBATIO



Æ Septem Centuriæ Epistolarum Posthumæ, si tamen Posthumæ, utpote *Clarissimi & Amplissimi Viri* ERYCI PUTEANI, famâ virtutis, & eruditionis superstitis ac immortalis, lucem publicam à prælo meritò postulant, ut prosint publico & *Auctor* ejus

pergat

pergat vivere ac lucere; *Lector* autem videat & gustet illas styli ejus suavis, ingeniosi, floridi, & acuti delicias, ob quas Magnatibus tantopere fuit in deliciis; Nihil enim in iis est vel in moribus fæculentum, vel in fide ab Orthodoxia alienum. Datum Lovanii Anno à parta Salute M. DC. LXII, Martii die XX.

ANTONIUS DAVE
S. Theologiæ Doctor, & Professor Regius Primarius, nec non Librorum Censor Apostol. & Archiep. Mechlin.

SUMMA PRIVILEGII.

PHILIPPUS IV. *Hispaniarum & Indiarum Rex Catholicus, Dux Brabantiæ &c. Diplomate suo sanxit, nequis* Epistolas posthumas Celeberrimi Viri ERYCI PUTEANI, *intra novennium, præter* Andreæ Bouvetii *voluntatem, ullo modo imprimat, aut alibi terrarum impressas in has Germaniæ Inferioris ditiones importet, venalésve habeat. Qui secùs faxit, confiscatione librorum, & aliâ gravi pœnâ mulctabitur: uti latiùs patet in litteris datis Bruxellæ* 20. *Aprilis* 1662.

Signat:

LOYENS.

ERY-

ERYCI PUTEANI
BAMELRODI
Historiographi Regii, Professoris, Consiliarii, &c.

EPISTOLARUM
POSTHUMARUM
CENTURIA I.

AD VIROS
IN ECCLESIA PRINCIPES,
ET DEO SACROS.



LOVANII,
Typis ANDREAE BOUVETI, Typ. jur,
ANNO cIɔ, Iɔc. Lxiii.

EMINENTISSIMO

PRINCIPI

FLAVIO

CHISIO

SACRÆ ROM. ECCLESIÆ

CARDINALI,

MAGNO PONTIFICIS

OPT. MAX.

FRATRIS

MARII

FILIO,

SALUTARIUMQUE EJUS,

PRO

PRO
ECCLESIA CATHOLICA,
ET
REPUBLICA CHRISTIANA,
SOLICITUDINUM,
LABORUM, AC SUDORUM,
VERE
PASTORALIUM,
SANCTARUMQUE
IN
BONUM UTRIUSQUE
PROPENSIONUM
PARTICIPI, SOCIO,
INTERPRETI,
SAPIENTI,
MATURO,

PRU-

PRUDENTI;
SINGULIS UTI AFFABILI;
ITA ET CUNCTIS
AMABILI:
HANC SACRAM
AC
INTER OMNES PRIMAM
CENTURIAM POSTHUMAM,
EPISTOLARUM
A PRÆSTANTISSIMO
QUONDAM
SCRIPTORE,
ERYCIO PUTEANO,
AD VIROS
IN ECCLESIA
SANCTISSIMOS;

EMI-

EMINENTISSIMOS,

ILLUSTRISSIMOS,

REVERENDISSIMOS,

ADMODUMQUE VENERANDOS

DATARUM

SUMMA REVERENTIA

INSCRIBIT

AUTHORIS GENER

XYSTUS ANTONIUS MILSER



ERYCI PUTEANI

EPISTOLARUM POSTHUMARUM,

AD VIROS PRINCIPES IN ECCLESIA ET DEO SACROS.

CENTURIA PRIMA.


EPISTOLA I.

Bruxellam.



ALPHONSO DE LA CUEVA,

S. R. E. Cardinali.



OTUS jam in eo sum ut IRRUPTIONES BARBARORUM, quemadmodum plenis Commentariis illustratæ sunt, in lucem veniant. Videntur induci Mediolanenses posse, ut centum

A exemplaria

exemplaria redimant: quâ quidem ratione editionis expensæ minuentur. JOANNES BAPTISTA SACCUS negotium hoc apud Senatorem RAUDENSEM, ille apud LX. Viros promovit. Reliquum est, ut & APPARATUS EPISTOLARUM, quem Purpuræ tuæ splendorem æternum conor reddere, prodeat. Prorsus, quâ ingenii parte præstare videor, tuum me scribam, imò jam scripsi: & cùm omnia ferè, sive belli hodie, sive pacis, per epistolas tractentur; hoc sanè Mercurio placere Purpuræ tuæ audebo, penes quam & belli & pacis auctoritas est. Accedet de occultis Litterarum notis; sic quidem scribendis, ut nullâ ingenii vi explicari queant; sic etiam explicandis, ut facili omnino arte scribantur. Arduum nuper erat Litteras illas Polonicas ad planum sensum ducere, characterum personam amoliri: duxi, amolitus sum, & rem maximi momenti patefeci. Opera igitur ista mea vehementer Excellentissimo Marchioni SPINOLAE placuit: qui & scribere ad me dignatus est, laude industriam prosecutus. Utinam hæc dicam potiùs quàm scribam! Utinam sacram Purpuram tuam in hac Arce Regia Palladis venerer! Hîc fuisse Excellentissimum Comitem GONDOMARIUM, jam satis mihi non est: te invito,

invito, Doctissime & Humanissimè Cardinalis, te rogo per Doctrinam & humanitatem hanc ipsam tuam, ut quàm ames Puteanum, quanti facias Litteras, non longo itinere ostendas. Suavissimum erit amoenitate loci frui: non injucundum Bibliothecam meam lustrare. Ita Arcem & studia mea Illustrissimæ benignitati tuæ commendo: Vale Patrone Optime & Summe. Lovanii, in Arce, Prid. Non. Jan. ∞. I Ↄ C. XXIV.

EPISTOLA II.

Bruxellam.

FRANCISCO ARCHIEPIS. CÆSARIENSI, *Serenss. Infantis Archicapellano.*

INter illustrium virorum imagines, nisi & tuam habeam; tuam videar & nobilitatem, & virtutem, & dignitatem ignorare. Exemplum mihi hîc placet PAULI JOVII, qui ut historici impleret munus, Elogia & vitas conscripsit, viros togâ & sago claros. Sed mentem meam apliùs aperiet

Philippus Chiffletius, ille vel ideo affectu tuo dignus, quia in laudes potissimùm tuas stilum sollicitare meum non desinit. Ante omnia igitur Heroicum vultum tuum, coloribus expressum ambio; quem mox quidem Epigrammate, deinde Elogio, denique pleniori inscriptione venerer. Cœlum, ut sic dicam, adorno: sed in terris quæro astra quæ cœlo inseram; illustriori loco, nobilitatem tuam, virtutem, dignitatem collocaturus. Ad hanc rem operâ & auxilio mihi Chiffletii mei opus, quem nunc benignitati tuæ commendo. Non poterit ille noster esse & præsens, nisi favoris vinculo detineatur, nisi accipiat munus quod à tua unius benevolentia dependet. Fac Illustrissime Antistes ut inter tuos sit, tuamque gloriam novus mysta in sacro Principis Oratorio augeat. Hoc profectò erit, bene de virtute & doctrinâ mereri: imò hoc erit, promovere ingenii mei conatus, quos æternitati tuæ consecravi. Sic vive, vale, anna, & perenna. Lovanii, in Arce, Non. Quintil. ∞. ƆC. XXVI.

EPISTOLA

EPISTOLA III.

Bruxellam.

ALPHONSO DE LA CUEVA,

S. R. E. Cardinali.

COEpi nunc etiam POLITICA, exemplo OLYMPIADUM, publicè interpretari. Illa, inquam, Aristotelis, sed ad APHORISMOS reducta. Ergo FONTES hujus amplissimæ doctrinæ sunt, & rivis frequenti hactenus calamo ductis, puriores. Ut specimen verò sacra Purpura tua habeat, primum jam folium, quemadmodum singula excuduntur, mitto, & manu optimi CHIFFLETII mei exhibeo. Ad omnem ille elegantiam, & humanitatem factus est, qui in eo mecum contendit vehementissimè, uter magis admirandas & divinas Purpuræ tuæ dotes colat. Tanquam Patrocinio tuo felix sit, quantùm debeat, palam non cessat explicare; dignus profectò perenni favore, quia non accipere tantùm, sed æstimare beneficia novit. Pauci profectò CHIFFLETII sunt: pauci, quos

ci, quos sic etiam meos possim dicere, virtutibus & Elegantiis verè addictos. Jam verò qualem & quantum Fratrem habet! Præstantem sanè, si quicquid pulchrum est conjungimus suspicimusque. Sed nihil ille majus censet, quàm benignum affectum tuum omni ingenii officiiq; industriâ mereri? Quid. Uterque CHIFFLETIUS est, dignus qui ametur, & quem semper ego Sacræ Purpuræ Tuæ commendem. Hoc etiam ago, ut per illum utrumque commendari etiam possim. Alter quidem in Hispaniis jam agit, sed ne sic quidem sejunctus est: Alter hîc, cùm præsens sit, nullam bene de me merendi occasionem prætermittit. Itaque & dare Folium istud voluit, & aliquem simul de me sermonem habere, studiisque in honorem Sacræ Purpuræ Tuæ instituendis. Vale Illustrissime & Reverendissime Domine, & conatibus meis fave. Lovanii, in Arce, Eid. Sextil. ∞ . I C C. X X V I.

EPISTO

EPISTOLA IV.

Bruxellam.

FABIO DE LAGONESSA,

Archiepiscopo Compsano, Nuncio Apostolico.

GLORIOR sanè, Filium meum JUSTUM Illustrissimæ Familiæ tuæ civem esse, & in familiare latinæ scriptionis obsequium, aliis prætermissis, velut adoptatum. Liberorum fœcundus sum, & velut populum domi alo: sed feliciorem equidem ducere Coloniam non potui. Sanè cum hoc filio magna pars mei simul migrat: & tanquàm mittam obligationis duraturæ pignus, obstrictus semper vivam. Offero igitur quidquid à me officii obsequiique præstari poterit; ut suppleam, in quo fortassis filii opera deficiet. Sic eum commendo, quemadmodum Augustus liberos suos: si MEREBITUR. Ille verò benignitate tuâ invitatus, omni studio contendet, uti mereatur. Vale & feliciter vive. Lovanii, in Arce, XII, Kal. Novemb. ∞.I Ɔ C.XXVII.

EPISTOLA

EPISTOLA V.

Bruxellam.

EIDEM.

UT gratiam habeam, beneficium agnoſco, quod ſingulari prorsus benevolentiâ in me familiamque meam collatum eſt. Tuo auſpicio nomen nuper filiolus meus accepit, & ut primævum agnatumque humano generi reatum deponeret, Sacro Fonte ablutus eſt. Id verò quid aliud fuit, quàm novam vitam, veramque ſalutem accipere? Jam verò, quia URBANI nomine & ſimul PHILIPPI inſignitus eſt; ſemper intelliget, ſummum eſſe, quod Summo Pontifici, tanquàm Patri; quod Potentiſſimo Regi, tanquàm Domino debet. Debet nomen: nomen ipſum beneficium eſt: nomen magnum, ut tale eſſe beneficium agnoſcamus. Et quæ igitur gratia reponetur? In hoc nomine, & in hoc beneficio Illuſtriſſimæ Dignitatis Tuæ affectum perpetuò venerari. Id nunc facere ego incipio; faciet, ubi adoleverit, qui natus eſt; facient mei omnes, pariter in uno illo obligati: inprimis JUSTUS CAE-

CAECILIUS meus, magisque tuus; quia in familiam tuam assumptus, quia egregio muneri applicatus, quia favore & patrocinio adjutus ac promotus. Quia igitur sic fecisti tuum, rogo obtestorque, ut jam sinas, & ostendas esse tuum; qui renovato velut animo ingenii industriæque obsequia Illustrissimæ Benignitati Tuæ offert, vovet, mancipat. Ita vale Illustrissime & Reverendissime Domine & Patrone. Lovanii, in Arce, v. Eid. Julii, ∞. IↃC. XXVIII.

EPISTOLA VI.

Bruxellam.

EIDEM.

AFFLIGIT me valetudo Filii, quia pertinacior, & hucusque uelut surgens. Remedia adhibentur omnia, ut quamprimum convalescere possit, & Bruxellam, solitaque ad munia quæ Illustrissimę Tuę Dignitati debet, redire. Itaque ægrotare illi grave est, gravius non adesse, ut scriptionis obsequia præstet. Doleo ipse, & duplici simul mœrore conficior, & quòd decumbentem Filium videam, &

quòd sciam hac ægritudine Illustrissimæ Dignitatis Tuæ negotia Epistolicà impediri. Brevi, ut spero, Hygeia respiciet, & me Filii sanitate recreabit: quem tum demum valere existimabo, cùm scribere rursus; & promptissimo obsequio exsequi imperia tua incipiet. Deus dabit, & Illustrissimam Dignitatem Tuam usque & usque valentem, & mei amantem conservabit. Lovanii, in Arce, v. Eid. Junii. ꟾↄ. IↄC. XXIX.

EPISTOLA VII.

Lovanii.

JOSEPHO GELDOLFO RYCKELIO,

Abbati Gertrudano.

MOnere & movere Magni est, recreare Amici; sed faciliùs Amici, quàm Magni personam sumpsero; nisi hoc etiam nomine Magnus sim, quia à te Magno Amicus vocor, imò habeor. Diluat igitur Amantis affectus libertatem monentis ac moventis: nam

nam profectò justò liberior fui, &, si res di-dicenda est, falcem in alienam messem misi. Quid blandiris tamen? De Regibus non ut statuerem, sed ut quærerem, curiosus fui, quos MAGOS appellare malui, ut scripturæ auctoritatem venerarer: Μάγοι ἀπὸ ἀνατολῶν παρεγένοντο: MAGI EX ORIENTE VENERUNT. A Magodia Arabiæ Regione dictos esse Epiphanius scribit. Sed an ulla in Arabia Magodia est? Magodi olim histriones erant, muliebri habitu, cum typaxis & cymbalis: quos in regiam suam Comus recepisset. Præterea quomodò à Magodiâ nomen ἐθνικὸν, sive gentile, MAGUS formetur? Cogamur MAGODUM appellare. Stellę naturam alii examinent. Magos duxit: hoc mihi jam satis est. Ad Deum duxit, qui ad se homines omnes tot cœli terræque miraculis quotidie vocat. Quot sidera, tot monita sunt: ac novum illud quod apparet, crine horridum, non jam sinit cogitationes nostras humi serpere, aut ignavas esse. Sed hactenus nubes aspectum arcent, & abscondunt portentum: ac tam pertinaciter quidem, ut dubitare incipiam, an verè novus Cometa sit, quem vulgus clamat, primis adhuc ignibus adolescere ac minari. Illum anni XVIII. adhuc aliqui volunt Funestum esse, ab incendio in universâ quasi Germaniâ

mania nuper excitato, etiam nunc fumante. An igitur παραδοξολογία mea rejicienda sit, prudentes ac sapientes statuent. Tanquam nihil mali cœlum adferat aut portendat, cœli videre miracula velim, ut examinem: scire Cometam, qui hactenus, quia ignoratus fuit, vano metu genus humanum perterruit. Sæpiùs luceat, & nihil subesse infausti deprehendemus: spectetur sæpiùs, & infamiam exuet. Motus præcipuè considerandus est; quo explorato, reliquam sparsi luminis naturam faciliori contemplatione assequemur. Ad hilaritatem venio, quâ ut epistolam meam claudam, tua facit. Jucundum esse etiam sine honestatis damno licet: imò hæc honestas est, jucundum ex decore usurpare. Amicitia nunc sermone, nunc etiam vino alitur, & utroque solet curarum rugas ac tristitiem delere. Sic & Convivium laudo, quia vitæ conjunctionem habet: Convivium, inquam, ex quo meliores redimus & cujusmodi tua humanitas instruit. Redi, & ostendam, me non scribere tantùm, sed & convivari posse: malle Amici, quàm Magni nomen personamque sustinere. Lovanii, in Arce, XII. Kal. Februarii. ∞. IↃC. XXX.

EPISTO-

EPISTOLA VIII.

Bruxellam

JO. FRANCISCO à BALNEO,

S. R. E. Cardinali.

GRATULANTIUM turbæ & ego me adjungo, numero & officio fortaſſis ultimus, animo & cultu primus. Poſtquàm ſilerent alii, mihi loquendum erat; ut liberiùs & familiariùs expromerem gaudium, quod mihi cum multis commune, cum nemine æquale eſt: tranſcendit enim affectum omnium. Sacram igitur nunc adoro Purpuram tuam: adoro virtutes, quæ Purpurâ exornantnr: adoro gloriam, quæ non ſinet in hoc faſtigio vel virtutes, vel Purpuram quieſcere. Te lumen Eccleſia adepta eſt: inter tot ignes, velut majus aliquod ſidus relucebis. Fulcrum ad ferendas Orbis curas URBANO eris, vel ſi hunc cœlo Deus maturiùs locet, URBANUS ipſe fies. Vivat, qui te Cardinalem fecit: etiam propterea quia fecit. Ne deſinet quidem vivere, qui te ſucceſſorem habiturus eſt, ejuſdem genii,

genii, sive Pietatem, sive Doctrinam intuemur. Omnino tua pietas est, ac jam incipis Deo proximus esse, quia proximus illi, non sanguine quidem, sed consilio, qui Dei in terris vices gerit. Tua etiam Doctrina est, quam fovere, amare, tractare hactenus voluisti, tanquàm Summus esses & unicus Sæculi Musageta. Hoc beneficio felix esse nuper HEINSIUS poterat nisi graviùs illi fuisset, Religionem quàm sedem aut fortunam mutare. Profiteri & ipse obligationem cogor. Quia enim & meum Italicis dignum conditionibus ingenium censes, quidquid scripsi, aut etiam scripturus sum, tibi & nomini tuo vindicas. Migrare quidem mihi hoc tempore molestum sit, quemadmodum copiosa familia est: sed si tempestas publica cogat, beatam existimabo vitam meam, si in Italiâ moriar. interim ubicumque sum, tuus sum, & tuo audebo patrocinio stilum Reipublicæ & Ecclesiæ impendere, tuam Purpuram meam & Litterarum felicitatem censere. Ita vale, & vive Illustrissime & Eminentissime Domine. Lovanii, in Arce, XVI. Kal. Mart. ∞ . I Ↄ C.XXX

EPISTOLA IX.

Lovanii.

HECTORI HOPPERO,

Praeposito Lovaniensi, & Academiae Cancellario.

NAturam accusare possum, Amplissime Domine, quae non expectato senio, iniqua corpori fuit, & valetudinem tuam fregit, ad munia sive publica, sive privata tardiorem. Sed quidquid mali aut damni est, amplius Ecclesia & Litterae, quàm tu ipse capis. Frueris enim ingenio, cum minus impendis, & pulchrè vel in ipsâ quiete animum occupas. Tremunt artus, sed cogitationes tranquillae sunt; & tanquàm corpore non indigeas, mente vivis: quod est in corpore conditionem aliquam Dei usurpare. Interim linguae Suadaeque flos integer adhuc atque illibatus est: & qui te audit, putet sanum, vegetum, robustum membris esse. Ita me Deus, in ultimo colloquio suavitatem facundiae tuae, promptitudinem, humanitatem admiratus sum.

sum. Sic non minùs moribus & modestiâ, quàm munere ac genere magnus es; & ut Hopperum te ostendas, celeberrimum illum Parentem tuum exprimis, bene de Rege & Patriâ meritum, Reipublicæ verò corrigendæ natum. Luces Parentis, luces tuo lumine, & tenebris, quæ jam maximè famam Academiæ premunt, te opponis. Sic animor quoque excitorque, ut quod ago magis velim agere, litterasque à contemptu vindicem, quibus etiam Sacræ continentur. Flaviam certè Domitillam quia ad Historiam, imò quia ad conjugium duxi; an profanavi? an violavi? Sed te rogo, & per ipsam Flaviam rogo, ut inspicere nummum ejus, qui penes te est, mihi liceat, & Optimis Clarissimisq; Chiffletiis meis ostendere. Reddemus bonâ fide, sed beneficium profitebimur. Aliquid enim fortassis observatiunculæ nostræ accedet, aliquid Flaviae. Vale & salve. In Arce, v. Eid. Martii. ∞. ıↄc. xxx.

EPISTO-

EPISTOLA X.

LAURENTIO DE LA ROCHE

Abbati Aureæ Vallis.

ITa me Deus, nescivi infelix, me litterarum tuarum liberalitate felicem fuisse. Alienam culpam, quia repetitâ scriptione Benignitas tua patefecit, bis jam obligatum me intelligo. Quid magis velim, quid libentiùs præstem, quàm summo & incomparabili viro & Præsuli MONTGAILLARDO cultum pro ingenii conatu exhibere? Verecundiorem tamen me Doctrina tua & Facundia faciunt, impetumque quasi sufflaminant. Ut elogium illud tuum est, abundanti animo & masculo stilo adornatum, inferiori loco quicquid scripturus sum, jacebit. Tui profectò oblitus es, cùm hanc mihi provinciam dares: non potuit autem luculentiori tesserâ tuus in me amor manifestari. Faciam igitur quod jubes, sed quia jubes: & ostendam potiùs quid non possim, quàm morem non geram. A tua manu, ab Aureâ Valle non poterat nisi aurea inscriptio expectari. Quid etiam? Epitaphium non nisi

 marmor

marmor & jaſpis eſt; quia aureo viro dicatum. Ingenium tuum non niſi aurum eſt, & gratius marmor, pulchriorem jaſpidem faciat. Quia ergo æs meum æſtimas, novæ humanitatis tuæ erit, illud in formam & pretium commutare. Sic nunc præmitto epiſtolam, promitto epitaphium; & quemadmodum extincti virtutes venerari pergam, ita tuas incipiam. Vale Lovanii, in Arce, v. Kal. Quinctil. ∞. IↃC. XXX.

EPISTOLA XI.

Bruxellam.

ALPHONSO DE LA CUEVA,

S. R. E. Cardinali.

SAcram Purpuram tuam ore venerari decreveram: ſed hanc mihi fortunam temporis momenta negaverunt. Cùm enim heri poſt meridiem illuſtriſſima limina tua accederem, vacua invêni. Nunc igitur itineri accinctus, ut Lovanium redirem, calamo cultum formo & defero: & hâc Genealogiâ totum PUTEANI nomen, imò gentem, Eminentiſſimè

tiſſimo Patrocinio tuo mancipo. Semel oſtendere debui, quales fuerimus, & quales adhuc ſimus, ſi non magni, honeſti ſemper, & meliori nunc etiam fortunâ digni. Sed meam ego fero quia mentem & ſtudia mentis æſtimo: ſatis magnus, quia tuus ſum, & ipſos propinquos meos, atque adeo Venlonenſes omnes, tuos audeo nominare. Placuit aliquando Oppidum: quidni & Cives, quorum pars maxima Puteani ſunt, placeāt? Quidni hic inter Puteanos frater meus, bene de Rege meritus & benignitatis tuæ favore auxilioque dignus; quia adhuc ſtudet, bene mereri. Vale, Bruxellæ. Prid. Kal. Sextil. ∞. I Ↄ C. XXX.

EPISTOLA XII.

Bruxellam.

EIDEM.

POſt ultimum de Ærario colloquium, interquieſcentis calami ſilentio Sacram Purpuram tuam veneratus ſum. Séd profectò ad militiæ fortunam ac felicitatem non minùs Juſtitiæ adminiſtrandæ quàm pecuniæ colligendæ ratio ſpectat. Ego verò à pecuniâ ad

Justitiam sermonem transfero, & Eminentiæ Tuæ commendo Virum, qui Militiæ utilis sit, & Judicem Castrensem in vicino ad Demeram fluvium tractu agat. Commendo D. NICOLAUM FOXIUM, genere bonum, ingenio promptum, vitæ integritate conspicuum. Laudes ejus Urbs Lovaniensis luculento testimonio complexa est: ego breviter dignum eum munere pronuncio, quod petit; dignum favore tuo, quo, ut spero, munus consequetur. Ne frustrà sperem; Te per affectum in me tuum, per cultum in Te meum rogo & obtestor. Non minùs rectè Justitiam FOXIUS militarem administraturus est, quàm scripsisse pecuniam Eminentiæ Tuæ videor. Vale Eminentissime & Reverendissime Domine, & exemplar hoc litterarum, quas à Secretario Principis AURIACI accepi, vide. Lovanii, in Arce, XVI. Kal. Januarii. ∞. IↃC. XXX.

EPISTOLA XIII.

Romam.

GUIDONI BENTIVOLO,

S. R. E. Cardinali.

MAGNAM auſpiciis tuis rem aggredimur, Eminentiſſime Domine; ut facili modo, imò honeſto & Sancto Sedes Apoſtolica Ærariũ habeat, quodã quaſi pecuniæ latice copioſum & inexhauſtũ. Quicquid jam integerrimi pectoris vir & promptiſſimo obſequio tuus CHRYSOGONUS ſcripſit, Pietatis nomine peragetur: ſed quidquid CHRYSOGONUS eſt, Ærarium hoc erit, imò hæc pietas erit, aurum pariet: quicquid nullo hactenus tributo confici potuit, Teſtamenta dabunt: eò faciliùs, quia non cogentur. Hac in re mihi adjutor eſt Michael Florentius Langrenus, Mathematicus hîc Regius, mihi quoque intimâ neceſſitudine conjunctus: mea interim opera eſt (ſtilo enim arcanum totum complexus ſum, quemadmodum nunc Sacræ Purpuræ tuæ illud exhibeo) Sãctiſſimo Pontifici proponere.



Conditiones jam à CHRYSOGONO explicatæ, ut ad Auctores decima emolumenti pars, & Ærarii administratio veniat; sive Præfecturam malimus appellare. Quæ ad promovendum negotium momenta sunt, breviter expendi. Tua Eminentia sive rei, sive etiam stili caussâ libellum percurret, & Ærarium, quia Pietatis, amplectetur. Tuis quia auspiciis rem tam magnam aggredimur, de felici eventu nequaquam dubitamus: ita Sacram Purpuram Tuam pio cultu veneror. Bruxellæ, Postrid. Kal. Januarias. ∞. I Ↄ C. X X X I.

EPISTOLA XIV.

Bruxellam.

JO. FRANCISCO à BALNEO,

S. R. E. Cardinali.

FELIX Belgium, Eminentissime Domine, cui à Deo datum est Sacram Purpuram Tuam intueri ac venerari: ego tamen inter multos infelix, quem non finit debilior, hoc tempore, valetudo Lovanio Bruxellam excurrere, & tam optatâ voluptate frui. Ecce imaginem

imaginem mei epistolam mitto, animũ transmitto, qui corpore nequit contineri. Hæc illa pars est, quæ pridem mea esse desiit, quia gloriæ tuæ mancipata, vel potiùs verè esse mea cœpit, quia tua facta est, quâ enim meus sum, creperâ quadam ingenii luce inter umbras luctor; quâ tuus, evehi ac illustrari videor; tam securus boni nominis, quàm virtutis tuæ jubar æternum est. Non hîc quidem cessent vota nostra, tanquàm aliquid fortunæ nostræ & Litterarum à Magnitudine Tua dependeat. Deum rogamus ut post URBANUM Summus sis, & novo nomine bees ac sanctifices omnia. Hac spe cùm vitam ego meam ducam, tuam meâ velim auctiorem reddere. Sic vale Eminentissime Domine, sic me tuum cense, felix enim ero, si intelligam me tuum esse, qui Sacram Purpuram Tuam sic semper videbor intueri ac venerari. Lovanii, in Arce, XVIII. Kal. Feb. ∞ . I Ↄ C.XXXI.

Conditiones jam à CHRYSOGONO explicatæ, ut ad Auctores decima emolumenti pars, & Ærarii administratio veniat; sive Præfecturam malimus appellare. Quæ ad promovendum negotium momenta sunt, breviter expendi. Tua Eminentia sive rei, sive etiam stili caussâ libellum percurret, & Ærarium, quia Pietatis, amplectetur. Tuis quia auspiciis rem tam magnam aggredimur, de felici eventu nequaquam dubitamus: ita Sacram Purpuram Tuam pio cultu veneror. Bruxellæ, Postrid. Kal. Januarias. ∞. I Ͻ C. X X X I.

EPISTOLA XIV.

Bruxellam.

JO. FRANCISCO à BALNEO,

S. R. E. Cardinali.

FELIX Belgium, Eminentissime Domine, cui à Deo datum est Sacram Purpuram Tuam intueri ac venerari: ego tamen inter multos infelix, quem non sinit debilior, hoc tempore, valetudo Lovanio Bruxellam excurrere, & tam optatâ voluptate frui. Ecce imaginem

imaginem mei epiſtolam mitto; animũ tranſmitto, qui corpore nequit contineri. Hæc illa pars eſt, quæ pridem mea eſſe deſiit, quia gloriæ tuæ mancipata, vel potiùs verè eſſe mea cœpit, quia tua facta eſt, quâ enim meus ſum, creperâ quadam ingenii luce inter umbras luctor; quâ tuus, evehi ac illuſtrari videor; tam ſecurus boni nominis, quàm virtutis tuæ jubar æternum eſt. Non hîc quidem ceſſent vota noſtra, tanquàm aliquid fortunæ noſtræ & Litterarum à Magnitudine Tua dependeat. Deum rogamus ut poſt URBANUM Summus ſis, & novo nomine bees ac ſanctifices omnia. Hac ſpe cùm vitam ego meam ducam, tuam meâ velim auctiorem reddere. Sic vale Eminentiſſime Domine, ſic me tuum cenſe, felix enim ero, ſi intelligam me tuum eſſe, qui Sacram Purpuram Tuam ſic ſemper videbor intueri ac venerari. Lovanii, in Arce, XVIII. Kal. Feb. ∞ . I Ↄ C. XXXI.

Conditiones jam à CHRYSOGONO explicatæ, ut ad Auctores decima emolumenti pars, & Ærarii administratio veniat; sive Præfecturam malimus appellare. Quæ ad promovendum negotium momenta sunt, breviter expendi. Tua Eminentia sive rei, sive etiam stili caussâ libellum percurret, & Ærarium, quia Pietatis, amplectetur. Tuis quia auspiciis rem tam magnam aggredimur, de felici eventu nequaquam dubitamus: ita Sacram Purpuram Tuam pio cultu veneror. Bruxellæ, Postrid. Kal. Januarias. ∞. I Ↄ C. X X X I.

EPISTOLA XIV.

Bruxellam.

JO. FRANCISCO à BALNEO,

S. R. E. Cardinali.

FELIX Belgium, Eminentissime Domine, cui à Deo datum est Sacram Purpuram Tuam intueri ac venerari: ego tamen inter multos infelix, quem non sinit debilior, hoc tempore, valetudo Lovanio Bruxellam excurrere, & tam optatâ voluptate frui. Ecce imaginem

imaginem mei epiſtolam mitto; animū tranſmitto, qui corpore nequit contineri. Hæc illa pars eſt, quæ pridem mea eſſe deſiit, quia gloriæ tuæ mancipata, vel potiùs verè eſſe mea cœpit, quia tua facta eſt, quâ enim meus ſum, creperâ quadam ingenii luce inter umbras luctor; quâ tuus, evehi ac illuſtrari videor; tam ſecurus boni nominis, quàm virtutis tuæ jubar æternum eſt. Non hîc quidem ceſſent vota noſtra, tanquàm aliquid fortunæ noſtræ & Litterarum à Magnitudine Tua dependeat. Deum rogamus ut poſt URBANUM Summus ſis, & novo nomine bees ac ſanctifices omnia. Hac ſpe cùm vitam ego meam ducam, tuam meâ velim auctiorem reddere. Sic vale Eminentiſſime Domine, ſic me tuum cenſe, felix enim ero, ſi intelligam me tuum eſſe, qui Sacram Purpuram Tuam ſic ſemper videbor intueri ac venerari. Lovanii, in Arce, XVIII. Kal. Feb. ∞. IↃ C. XXXI.

Conditiones jam à CHRYSOGONO explicatæ, ut ad Auctores decima emolumenti pars, & Ærarii administratio veniat; sive Præfecturam malimus appellare. Quæ ad promovendum negotium momenta sunt, breviter expendi. Tua Eminentia sive rei, sive etiam stili caussâ libellum percurret, & Ærarium, quia Pietatis, amplectetur. Tuis quia auspiciis rem tam magnam aggredimur, de felici eventu nequaquam dubitamus: ita Sacram Purpuram Tuam pio cultu veneror. Bruxellæ, Postrid. Kal. Januarias, ∞. I Ɔ C. XXXI.

EPISTOLA XIV.

Bruxellam.

JO. FRANCISCO à BALNEO,

S. R. E. Cardinali.

FELIX Belgium, Eminentissime Domine, cui à Deo datum est Sacram Purpuram Tuam intueri ac venerari: ego tamen inter multos infelix, quem non sinit debilior, hoc tempore, valetudo Lovanio Bruxellam excurrere, & tam optatâ voluptate frui. Ecce imaginem

imaginem mei epistolam mitto, animũ transmitto, qui corpore nequit contineri. Hæc illa pars est, quæ pridem mea esse desiit, quia gloriæ tuæ mancipata, vel potiùs verè esse mea cœpit, quia tua facta est, quâ enim meus sum, creperâ quadam ingenii luce inter umbras luctor; quâ tuus, evehi ac illustrari videor; tam securus boni nominis, quàm virtutis tuæ jubar æternum est. Non hîc quidem cessent vota nostra, tanquàm aliquid fortunæ nostræ & Litterarum à Magnitudine Tua dependeat. Deum rogamus ut post URBANUM Summus sis, & novo nomine bees ac sanctifices omnia. Hac spe cùm vitam ego meam ducam, tuam meâ velim auctiorem reddere. Sic vale Eminentissime Domine, sic me tuum cense, felix enim ero, si intelligam me tuum esse, qui Sacram Purpuram Tuam sic semper videbor intueri ac venerari. Lovanii, in Arce, XVIII. Kal. Feb. ∞ . I Ɔ C.XXXI.

Conditiones jam à CHRYSOGONO explicatæ, ut ad Auctores decima emolumenti pars, & Ærarii administratio veniat; sive Præfecturam malimus appellare. Quæ ad promovendum negotium momenta sunt, breviter expendi. Tua Eminentia sive rei, sive etiam stili caussâ libellum percurret, & Ærarium, quia Pietatis, amplectetur. Tuis quia auspiciis rem tam magnam aggredimur, de felici eventu nequaquam dubitamus: ita Sacram Purpuram Tuam pio cultu veneror. Bruxellæ, Postrid. Kal. Januarias, ∞. I Ↄ C. XXXI.

EPISTOLA XIV.

Bruxellam.

JO. FRANCISCO à BALNEO,

S. R. E. Cardinali.

FELIX Belgium, Eminentissime Domine, cui à Deo datum est Sacram Purpuram Tuam intueri ac venerari: ego tamen inter multos infelix, quem non sinit debilior, hoc tempore, valetudo Lovanio Bruxellam excurrere, & tam optatâ voluptate frui. Ecce imaginem

imaginem mei epistolam mitto; animũ transmitto, qui corpore nequit contineri. Hæc illa pars est, quæ pridem mea esse desiit, quia gloriæ tuæ mancipata, vel potiùs verè esse mea cœpit, quia tua facta est, quâ enim meus sum, creperâ quadam ingenii luce inter umbras luctor; quâ tuus, evehi ac illustrari videor; tam securus boni nominis, quàm virtutis tuæ jubar æternum est. Non hîc quidem cessent vota nostra, tanquàm aliquid fortunæ nostræ & Litterarum à Magnitudine Tua dependeat. Deum rogamus ut post URBANUM Summus sis, & novo nomine bees ac sanctifices omnia. Hac spe cùm vitam ego meam ducam, tuam meâ velim auctiorem reddere. Sic vale Eminentissime Domine, sic me tuum cense, felix enim ero, si intelligam me tuum esse, qui Sacram Purpuram Tuam sic semper videbor intueri ac venerari. Lovanii, in Arce, XVIII. Kal. Feb. ∞. I Ɔ C. XXXI.

EPISTOLA XV.

Gandavum.

ANTONIO TRIEST,

Episcopo Gandavensi.

REducem è Geldria Filium diutius domi retinere, piaculum censui. Domi non erat quamdiu Gandavo aberat: quam urbem tanquàm Patriam habiturus est, tuâ etiam benevolentiâ, quàm suâ conditione felicior; sede, quàm fortunâ. Abit igitur à me ut se Reverendissimo Patrocinio tuo mancipet: ut, quem tanquam Patrem amaturus est, tanquam Principem veneretur. Sive militiam Sacram, sive palæstram appellem, Nobilissima est; & jam celeberrima, quia tuâ Prudentiâ ac Pietate regitur: non poterit autem non Felicissimus esse Filius, quia in hanc sive militiam, sive palæstram inscriptus. Ille Sacramento ac tesserâ, ego voto ac voluntate tuus sum: nec jam minus Gandavi, quam Lovanii videbor vivere; quia divelli à Filio, quamdiu bonus erit, & quamdiu sic tuus erit, non

potero.

potero. Consecret ille magnis virtutibus tuis animum & officia omnia: ego ingenium & studia, quæ colo, adjungam. Nomen autem meum tuâ audebo gloriâ attollere. Ita vale Reverendissime Domine, & Filium meâ, me Filii caussâ, ama. Lovanii, in Arce, XIV. Kal. Martias. ∞. IↃC. XXXI.

EPISTOLA XVI.

Bruxellam

JOANNI MYTENO,

Begginasii Bruxellensis Pastori.

GRatiam quotidie pro pulchro, pio, splendenti scypho destinabam scribere: sed quemadmodum animus, ita calamus promptus non fuit, nube quadam occupationum incumbente. Compendio nunc igitur, & quasi inter curas brevis alloquii voluptatem capiam. Geminum hoc quidem munus est, à pietate & liberalitate Curiæ, sed à tua quoque benevolentiâ & facundiâ profectum: quantum illa dare, tu scribere potuisti. Accepi scyphum, & in tua rursus epistola scyphus

eſt. In illo metalli, in hoc ingenii pretium eſt: nec minùs libenter legi quod ſcriptum eſt, quàm contrectavi quod donatum eſt. Ita enim ſcribis, ut donare quoque videaris. Sed quid opus pondus in ſcypho quærere, cùm in epiſtola inveniam ? Et tamen ſitim explere ſcyphus poteſt, epiſtola non poteſt. Aliter enim vinum, aliter eloquium hauritur. Puſillum licèt ſcyphus capiat, vini tamen ſatius eſt: abundet epiſtola, eloquii tamen hauſtu magis irritatur deſiderium quàm ſedatur. Sic alius corporis, alius animi modus eſt. Sed ut auro vel argento non capior, ſic nec cœlaturam quæro. Simplex poculum naturæ convenientius eſt; ſimplex metallum, quia ab arte nihil ſumit, purum donantis affectum exprimit: vinum pariter nolim, niſi purum ſit, & omnem mixturæ improbitatem ignoret. Veritas pura eſt, & rectè indagatori ſuo purum prœmium elicit. Argentum in ſcyphum mutatum eſſe, nonne ſatis eſt ? Accedit aurum, tanquam à Sole ſuo Luna illuſtretur. Ut omnia dicam, Scyphus eſt: cujus tam varia myſteria ſunt, quàm vina quæ ſcypho propinantur. Libertas Pincernæ à JOSEPHO denotatur, & ego tamen hoc jam vobis ſcypho vincior. A Fratre Fratribus, ludente dolo, triſtitia ingeſta eſt, à Virginibus, velut ſororibus

fororibus, non fine pietatis plaufu, ad hilaritatem vocor. Amo difcordem hanc concordiam: & poffum fine vino lætus effe, cùm & tuo, & Curiæ tuæ effufo affectu implear. Negligant Bacchum, quæ Venerem contempferunt: fundant preces, & merum hauriam. Nónne præftat ad Deum, quàm extra fe rapi? In vino ebrietas eft: nectar temperabit pietas Virginum, & tàm felici hauftu aliquid Dei fumam. Quid igitur? Gratum pergratum mihi munus eft; & quia à Virginibus venit, debuit verecundiâ exornari; quia cum excufatione venit, pretium extendit. Hic mihi in tota fuppellectili Scyphus ufu familiaris, æftimatione decumanus erit: qui ut facer potiùs quàm profanus fit, D. BEGGAE nomen accipiet: tuum autem non finet ex animo unquam meo elabi. Nunc rogo, ut benignè gratiam admittas, quemadmodum lætè munus accepi: fed & tota intelligat Curia, me fibi debere, & fuum effe, qui Affertorem DIVAE & Encomiaften femper agam. Lovanii, in Arce, XIII. Kal. Martias CIↃ.IↃC.XXXI.

EPISTOLA XVII.

Romam.

URBANO VIII.

Pont. Opt. Max.

VERECUNDIAM meam divina tua allevabit humanitas, ut accedere ausim, & ad coruscum sacri luminis jubar oculos aperire. Non meâ sponte venio: ducem sequor, qui cùm Eminentissimâ Purpurâ suâ me inumbret, aucto jam colore, facit, ut rubere impunè liceat. Olim in me Benevolus, quando Belgico calens frigore, populorum Principumque affectum virtutum & elegantiarum familiaritate merebatur; non potuit, suo redditus cœlo, & in proximo Magnitudini tuæ fastigio constitutus, à naturâ suâ, minùs à nomine abire. Adhuc agit, quod audit, & singulari benevolentiâ bonos doctosque complectitur: ita quodammodò natus, ut quicquid pulchrum & honestum est, foveat; in se ostendat, quid pulchrum ac honestum debeat appellari. O sidus! Sed quod te Solē habet, & me producere in Solem

in Solem voluit, ut tam benigno auderem & gauderem lumine perfundi. Semel me lætitia publica ad verborum cultum pertraxit; cùm, exultante terrarum Orbe, suas tibi in terris vices Deus demandaret. An tacerem, cùm omnes loquerentur? Non me sinebant ipsæ litteræ mutum esse, quæ spiritum, & vires in fastigio inveniebant. Vidimus Doctissimum esse, qui Optimi Maximique titulum accepit: tanquàm in te virtutes omnes, & his affines artes Deus eveheret. Felices Christiani, qui talem Principem nacti erant, in quo doctrinæ miraculum agnoscerent: felices litterati, qui Orbis Dominum peculiari elogio suum & numen & exemplum concelebrarent. Nescio, an post Ecclesiam conditam hæc mortalibus felicitas contigerit. Nemo sanè in isto culmine ostendit, è cœlo in terram carminis Majestatem derivari: nemo è terrâ ad cœlum ingenii impetum erexerat. Si hominis ornamentum ac pretium, in reliqua mentis supellectile, elocutio est; carmen non potest, nisi divinum censeri. Omnino à solutâ & liberâ quisquis oratione ad nexum & numerum se poëticum confert, desinit agere quod hominis est, incipit quod est Dei. Nimirum, minùs eloquium, quàm oraculum est; aliud dicere, aliud vaticinari. Qui dicit, suo ore dicit; qui vaticinatur, numinis, Un-

nis. Unde os Poëtæ, os Dei est, ac cœlesti magis impetu, quàm humano affectu carmen formatur.

Impetus hic sacra semina mentis habet.

Hinc Platoni alibi δ' οἱ ποιηταὶ οὐδὲν ἀλλ' ἢ ἑρμηνεῖς εἰσὶ τῶν θεῶν. Alibi θεῶν παῖδες. Alibi πατέρες τῆς σοφίας, καὶ ἡγεμόνες. Quid Poëmata? οὐκ ἀνθρώπινά ἐστι, οὐδὲ ἀνρθώπων, ἀλλὰ θεῖα καὶ θεῶν. Jam agnosco plures poëtas esse, unum Apollinem: plures conari carmen, unum scribere; qui inter homines Maximus est, cujus fastigium nonnisi miraculum, cujus Majestas nonnisi Virtutis & Doctrinæ radiatio. Hoc erat BARBERINUM esse ut URBANUS fieret; parem Orbi animum adferre. Dei beneficio habemus Pontificem, qui suo ostendit exemplo, quibus subsidiis fulcrisque Ecclesia indigeat, quibus hostes armis oppugnandi & vincendi sint, quibus numen ipsum maximè elogiis oblectetur. Exemplo Hymni sunt, à tuâ tandem manu Hymni; ut sciremus æs in aurum mutari posse. Homines quoque doctrinâ clari, quia carminis dignitatem è tuo carmine intelligent, lusu & lasciviâ repudiatis omnem conabuntur à pietate ipsâ, innocentiâ, sanctitate venam ingenii haurire. Profani igitur & petulci violare sacrum furorem desinent, Musarumque moduli non nisi virtutum ili-

tum ſtimuli erunt. Hinc etiam quemadmodum moribus corrumpendis res optima ſervire non potuit, niſi priùs ipſa corrumperetur; ita corrigendis apta jam eſt, quia à te reſtituta. Quid attinet dicere? Tuos admiramur verſus, quia optimos perfectiſſimosque, tanquàm conſortio & conſilio numinis compoſitos. Sed quâm pium fuit eos ſcribi, tam utile omnibus erit, publicè & paſſim legi. Theſauri ſunt: & quidni igitur vel ipſa exultet fama uberiori eos in lucem volumine propediem venturos! Quid in lucem? Adferent lucem luci, & ſplendentes à ſummo vertice radii Septentrionem noſtrum præcipuè illuſtrabunt. Dies erit, & reliquæ lucere ſtellæ deſinent; quia ſub tuo jubare latebunt. Cedent ingenia, ut cedunt, tuo unius ingenio, nec non in laudem computabunt, à tam Magno ſuperari. Bene typis, qui Poëmata tua excipient & repræſentabunt! Bene litteris, quas totidem velut gemmas avaræ eruditionis mentes ſuſpicient. Quot exemplaria, tot monilia erunt: ſed ſi unum fortaſſis tuo etiam ad me juſſu venerit.

Picos divitiis, qui aureos montes colunt,

ſuperabo. Ignoſce, SANCTISSIME PRINCEPS; quia enim in rebus humanis nullas divitias, nullasque delicias libris antepono; non po-

non potuit profectò calamus cupiditatem animi præterire. Sed unus hic liber (ô prodeat!) instar librorum omnium mihi erit, & vel solus bibliothecam faciet. Legam URBANUM, id est cernam: venerabor mentem & ingenium URBANI, quod perfectissimum simulacrum est. Poteram, more sæculi, Numisma petere, & melioti metallo impressum Sanctitatis tuæ vultum: sed peterem quod multi petunt, & perire potest. Si illa corporis, hæc animi facies est, & æternitatem sibi vindicat. Gestantur quoque Numismata corpore, libri animo: unde quantò hunc quàm illud ornari præstantius est; tantò majori etiam in pretio, quod intelligimus habendum est, quàm quod videmus. Alibi metallum ludat, & ars ingeniosa sit: melior exactiorque imago est, quæ nec auro, nec ære, nec colore indiget, perennis sine his omnibus; majori etiam arte & opere conspicua, quia non fingitur pingiturque, sed scribitur. Hominum quoque semper viventium alia quædam simulacra sunt, quæ mores non artus, vitam, non faciem referunt, nudâ verborum fide ac veritate. Sed verba rursus vel libertate suâ incedunt, vel carminis ducuntur vinculis: quasi dicam, ut jam quidem dixi, vel humanâ, vel divinâ quadam ratione constitui. Vincula illa quis nectat, nisi ipse planè divinus

divinus ac summus sit? Facessant aliorum conatus & ausus: non potest Sanctitas tua nisi à se scribi. Tuum unius carmen, vitæ tuæ narrandæ sufficiet, & devicto fato, immortalitatem transcendet. Libertas verò stili, quia gradu minor est, non unius fortassis manum admittat. Ego meam, BEATISSIME PATER, offerre tibi ac consecrare audeo, aliquam jam scribendi fiduciam à benignissimo judicio tuo assumens. Nunc & favore opus est, ut quemadmodum me non sivit Sanctitas tua obscurum esse; sinat & pium esse, ut reflectam ignem, quem perstrictus hausi. Multâ ingenii, eruditionis, stili laude oraculo tuo affectus sum: nisi & ingenium, & eruditionem, & stilum nominis tui gloriæ mancipem, ingratus sim. Non satis jam veneror Beatitudinem tuam, nisi & describam. Unum æstimabo opus, quod URBANI nomen faciet; unam famam, quam URBANI vita extollet: quantum laboris, tantum ipse honoris capiam, magis argumento, quàm ingenio surrecturus. Barbarorum in Italiam Irruptiones, & ruinam rei Romanæ nuper dedi: at quanto suavius erit, BARBERINOS Barbaris opponere, & sub URBANO instauratum Orbem, bonasque omnes artes sibi redditas, alacri calamo posteris exhibere?

Fiat te vivente, quod differre ad hæredes magis consuetudo quàm modestia solet. Quia nihil hîc peccabit adulatio, magisque testimonium virtutis quàm elogium prometur; pleniùs sinceriúsque quæ fiunt, quàm quæ aliquando facta erunt, Historia exsequetur. Ea etiam Dignitatis tuæ in summo fortunæ fastigio prærogativa est, ut cùm post mortem vivere Principes alii incipiant, tuæ tu debeas posteritati vivus interesse. Quamdiu inter homines ipse futurus sim, inclinatis jam in vesperam suam annis, incertum est: sed quamdiu ero, tuis audebo calamum rebus occupare. Indulge hunc honorem mihi, desiderium excusa. Scriptionis fructus in eo potissimùm situs est, ut quem describo, inspectorem & judicem habeam. Quoniam autem mortalis sum, tuam post me alius immortalitatem excipiet & absolvet. Ut scribam igitur, tuus esse quocumque titulo cupio: imò ut tuus sim, cupio scribere. Tuus, licèt loco & regione alienus: studiis enim propinquus sum. Hæc autem quia ubique coli possunt, nusquam non publica sunt; & quia ingenio constant, loco non terminantur. Quid etiam? Romam non mœnibus suis, sed tuâ potestate metior, quæ in Orbem universum, velut unam Urbem extensa est. Olim effatus sum:

O Magnum

O Magnum V R B A N I nomen! Sed ab Vrbe, an ab Orbe?

Magnâ ex Vrbe Orbem qui reget, & faciet.

Ubicumque igitur ago, Larem habere in Urbe Romanâ videor. Adſum, cùm abſum; quia enim cœleſti omnia vice in terris regis, Deum repræſentans qui ubique eſt, nihil à Sanctiſſimâ Majeſtate tuâ remotum eſt. Homines regione, Chriſtiani religione, quæ regiones omnes includit, limites ſibi conſtituunt. Præterea linguâ, more, jure genus humanum diviſum eſt: jungit linguam, morem, jus ipſum cultus Dei. An & addo? Quot Reges aut Principes ubique, tot Regna aut Provinciæ: tuum imperium, quia ſacrum eſt, unam ex omnibus provinciis Provinciam facit; & in omnibus Reges ſibi Principeſque obnoxios habet. Hi omnes cùm vivunt, & quamdiu vivunt, tui ſunt: magis etiam cùm moriuntur. Tui ſunt, cùm, urgente fato, eſſe Reges & eſſe Principes deſinunt, nec minùs à Fortunâ, quàm naturâ emancipantur. Cùm ſuam ponunt, tuam inprimis poteſtatem agnoſcunt; quippe poſt mortem vivere, quàm in vitâ regnare majus eſt: intelligunt autem, cùm fato proximi ſint, poſtumam non pompâ aut potentiâ, ſed religione & pietate vitam comparari. Quicquid corpori, vetante lege, datum eſt, culpæ deputatur:

tatur: animus autem cujusque, prout sibi conscius est, felix aut infelix esse incipit. Ut etiam felix sit, ablui potest. Hoc Deus agit, sed per te agit. Quantum ille indulget, salutaris Potestas tua administrat: quo exordio, eo exodio. Ut enim nascentium, ita & morientium expiatio est, ultimusque hominis dies non minùs quàm primus sanctissimis cæremoniis consecratur. Quorsum verò ista? Ut ostendam Principes omnes, imò Christianos omnes tuos esse; filios esse, & per summam pietatem Patris tibi appellationem deferre. Ego, quia Christianus, tuus sum, imò filius sum, & ut peculiari hoc nomen cultu merear, etiam absens desidero præsens videri: scribere in Belgio, quæ Romana sint, & ubique terrarum tua censeantur. Tale etiam Ærarium est, quod descripsi ac misi. Pietatis est: ubi rectiùs, quàm in Pietatis Urbe, ab ipso Pontifice, & URBANO institui queat? Ut augustius etiam sit, Urbanianum appelletur. Qui colligentur thesauri, sacri erunt, & adversus hostes omnes Majestatem Ecclesiæ munient, Perpetui erunt, & quemadmodum nullius prement fortunam, ita multorum conscientiam sublevabunt. Quamdiu homines vivunt, accipere malunt, quàm dare: morituri, quia relinquunt omnia, liberales sunt, & amant vel maximè pie-

mè pietatem profiteri. Hæc pietas nónne expiatio est? Expiatio nónne Ecclesiæ est? Quotquot vivimus homines, quotquot morimur, Ecclesiæ, in quâ salvi sumus, obligamur. Quid si igitur ubique Ecclesia ejusmodi Ærarium habeat? Ærarium Catholicum, ut ipsa Catholica est, & piè morientes ubique tanquàm Mater suscipit? Testamenta unicuique libera sunt; siquid Legato Ecclesiæ accedit, nulla heredi injuria, nullum Reipublicæ damnum infertur. Ne Principes conquerantur, pietatis hoc negotium est. Deinde ubi civium desinunt jura, Manium (sit verbo venia) incipiunt; hæc tua sunt: & tuum poterit esse Ærarium, ubi à Principibus negligetur. Sed non à meo ista debent consilio; debent à Sanctissimo arbitrio tuo pendêre. Nunc quod scriptionis caput est, ad gratiam dicendam venio, & honorem veneror, quo non me tantùm, sed familiam quoque meam beare dignatus es. O aureæ Eminentissimi Cardinalis BENTIVOLI litteræ, sed jussu tuo benignæ! Dare, ad liberalitatem attinet: offerre & prævenire petitionem, gemina liberalitas est. Antea igitur judicio tuo humanissimo obstringi cœpi, quàm scirem me obstringi. Quin & in me jam experior longè suavius esse, dignum censeri munificentiâ, quàm frui.

 Sic gra-

Sic gratam alii debent, postquàm aceperunt; ego vel maximè, antequàm accepi. Nam qui offert, dare cœpit; & qui nihil petiit, in ipso beneficio amorem, imò & honorem invênit. An non amari se sentiat, qui ad accipiendum invitatur? An non honorari, qui è multis unus eligitur, ut accipiat? Major esse non poterat, qui hunc honorem promeret; nec benignior, qui beneficio amorem testaretur. Ideò Summus es, quia Optimus eras: ideò Pontifex, quia reliquas admirandas virtutum omnium dotes etiam humanitatis studiis extuleras. Itaque cùm Ecclesiam Dei piissimâ potestate regas, controversias Regum felicissimâ prudentiâ componas, belli ærumnas à genere Christiano salutari manu avertas; tam te ostendis doctum esse, quàm bonus es; non minùs Patrem esse omnium, quàm Principem. Quæ tempora, nisi in URBANUM incidissent! Non iram modò hominum, sed Dei ipsius jam vibratam flexisti. Ardebat Italia bello, fame, peste; obviàm tergeminæ flammæ Pietas tua ivit, & cùm extremum passim incendium timeretur, extinctum est. Sanè ut calamitates istæ fuêre, sub te Italia renata est; & in ipsis calamitatibus Majestas Ecclesiæ refulsit. Quid igitur? Cùm omnes sibi homines Sanctitas tua obligatos habeat; singularem in me benevolentiæ radi- um di-

um direxit: non quia cum multis infelix eram, ſed quia tuus. Tuum autem me non modò pietatis cultus, ſed & doctrinæ conatus fecerat. O me felicem! & jam pudibundum! Tanquàm ſacram floridamque Amaltheæ ubertatem effundas, jubes ut ſinum pandam, & depluentem liberalitatis nimbum excipiam. Beor, cùm ſic invitor; verecundor, cùm ſic beor. Atque hujus felicitatis; imò & pudoris conſortes liberos habeo; tanquàm hîc quoque parentem exprimant. Non offendam Magnitudinem tuam, ſi joco, quem de parvo filio meo URBANO Eminentiſſimus Cardinalis BENTIVOLUS prompſit, inſiſtam. Hic ipſe igitur, quamvis ſe felicem adhuc neſciat, ruborem tamen induit, ac ſuo jam nomine Sanctitatem tuam diſcit revereri. Septem fratres ejus, ſex ſorores, quemadmodum ætate præcedunt; ita magis intelligunt, parvum non eſſe, qui tam Magno Nomine inſignitus eſt. Omnes igitur, ut liberaliter educentur, pluſculum ſibi à fortunarum mearum mediocritate depoſcunt; quorum aliqui jam Reipublicæ, alii Eccleſiæ adoleverunt. Si boni & pii erunt, ſatis erunt aliquando magni; ſi vivere virtutibus malint, quàm fortunis abundare, nunquam indigebunt. Hoc unum igitur ago, ut boni & pii ſint, & divitias inſtrumenta virtu-

rum habeant. *Mens bona, fama, fides*; veræ opes ſunt, nec à Fortunâ pendent. Fortunam autem *velut tunicam, magis concinnam quàm longam* Sapientes probârunt. Supervacua à neceſſariis diſtinguenda ſunt. Non qui ſupervacua poſſidet, ſed qui neceſſaria cupit, felix eſt: dives, qui opes ſuas honeſtate metitur, & ad frugalem modeſtię legem revocat. Satis ſic animum meum, imò & votum expoſui: ſed ne Dei ignorem munera, non aliam magis fortunæ partem æſtimabo, quàm quæ à Sanctitate tuâ Familiæ meæ veniet: non poterit enim quæ ſic veniet, niſi virtuti deſtinari. Ita nunc rogo, ut quæ nomine meo Eminentiſſimus Cardinalis BENTIVOLUS dicturus eſt, benignè audias. Is pariter, quæ ad commoda Eccleſiæ & Sanctitatis Tuæ gloriam moliri pergo, ordine exponet. Vale, & vive, BEATISSIME PATER, & feliciſſimè Eccleſiam rege. Ego, ut ardentem cultum meum aperiam, Sanctiſſimam Majeſtatem tuam animo pronus adoro ac veneror. Lovanii, in Arce, III. Eid. April. ∞. IↃC. XXXI.

EPISTO-

EPISTOLA XVIII.

Romam.

JOANNI CIAMPOLO,

Summo Pontifici ab intimis Cubiculis.

Humanitatis pellectus blanditiis, ad affatum venio, & quam hactenus divini ingenii tui ſtiliſque Majeſtatem ſuſpexi & admiratus ſum, læto Litterarum officio veneror. Juſſiſti familiarem fieri, quem ſponte, & ut ampliùs obſtringeres, tanquàm amicum complexus es: loqui verò cogis, qui jam ſilere non poteſt, niſi ut in ſtudia ipſa, quæ humanitatis officia ſunt, delinquat. Tuâ manu, vel potiùs benevolentiâ, oblatam nuper fuiſſe ſummo Pontifici epiſtolam meam, Eminentiſſimus Cardinalis BENTIVOLUS Sacræ Purpuræ delicium, per litteras mihi indicavit: imò tuâ operâ gratam fuiſſe, vel ex ipſo reſponſo didici. Singulare & luculentum hoc ſanè fuit, ab ipſo Eminentiſſimo Cardinali BARBERINO miſſum; ſed tanquàm

 ſcriberet

ſcriberet ipſe,qui ſummus eſt,& tot beneficiis, quot verbis formari epiſtolam poſſe, incredibili affectu oſtendit. Video igitur, non minùs officioſam manum tuam fuiſſe, cùm ſcriptum meum traderes, quàm ingenioſa ac facunda eſt; nec minùs utilem operam, cùm ſermonem tuum interponeres, quàm promptam expertus ſum. Beneficium an magis honorem appellem, neſcio: ſed gratias pro utroque ſcribo, verbis breves, ſed animo uberes; & me totum in cultum tui & clientelam lætus ac lubens transfero. Quia tuus ero, ac tuo ſimul favore nitar, MAGNO pergam URBANO placere: non quidem ut præſtem, quæ Sacro Faſtigio digna ſint; ſed quæ exiſtimavi ad publicam Eccleſiæ utilitatem pertinere. De vita jam piaculum ſit, ſi cogitem; tam perfectè hactenus tibi ſcriptâ, ut niſi Docti omnes ingenii faces tibi ſubjiciant, iniqui & ſuperbi ſint. Spirat gratiam dictio, Majeſtatem compoſitio, &, quod hactenus nemo habuit, nullo lenocinio robur frangis. Ineſt verbis pondus, rebus pretium; dubium, majori facilitate doceas, an pulchritudine oblectes. Quicquid lego, virile eſt, & heröicum ubique ſenſum exprimit. Sic debuit ſcribi, qui quamdiu privatus erat, Virtutes cepit Principis: ſic porrò debebit ſcribi, qui poſtquam

Maximus

Maximus esse cœpit, divinâ magis quàm humanâ prudentiâ mundum regit: datus à Deo, non ut regat tantùm, sed ab omni cernatur posteritate, quomodo rexerit. MAFFAEI nos quidem imaginem hîc videmus: URBANI expectabunt posteri, quem Optimum & simul Doctissimum, summum, & simul Humanissimum nobis contigisse, ad sæculi nostri famam gloriamque faciet: faciet Historia Tua, quæ tanquàm perpetuum Litterarum ornamentum ab omnium temporum hominibus legatur. Votum nunc meum est, ut longâ annorum serie argumentum crescat scriptionis tuæ, & diu vivat qui scribendus est, vel ideo quia scriptus est: diu ipse vivas, qui ad hoc natus es, ut perfectè scribas. Vale, Illustrissime & Reverendissime DOMINE, & ingenii stilique laude fruere. Lovanii, in Arce, XVI. Kal. Sextil. ∞. IↃC. XXXI.

EPISTOLA

EPISTOLA XIX.

Romam.

FRANCISCO BARBERINO,

S. R. E. Cardinali.

ALIS opus erat, ut ad ſummum rerum faſtigium evolarem; has à favore Eminentiſſimi Cardinalis BENTIVOLI ſumere auſus ſum, olim in Belgio ſingulari me humanitate complexi. Nunc tuâ etiam incomparabili virtute felix ſum, qui aureis planè litteris nuperam meam ſcribendi audaciã in laudem vertis, & tanquàm Summi Pontificis loquaris ore, confirmas ingenium meum, ardentiori fortaſſis conatu impulſum. Sed facilem pietas excuſationem invenit: non potui autem non laudare divina Sanctiſſimi Antiſtitis Carmina, quorum jam æternitas conſecrata eſt. Quia igitur librum ipſum, imò quia numiſma ſimul accipiam, in libro pergam MAXIMI verè URBANI ingenium, in numiſmate vultum venerari. Sacerdotium verò, quia ad commoda familiæ faciet, non me tantùm, ſed me-

ſed meos quoque in novam obligationem trahet. Gratias quia referre non poſſum, dicere incipio: dicturus ſemper, quia debere nunquam deſinam. Hunc animi cultum, quemadmodum Eminentiæ Tuæ offero, ita ad Sanctiſſimi Domini noſtri pedes depono. De LINEA URBANIANA librum jam conſcripſi, quem propediem miſſurus ſum. Rem interim totam & neceſſitatem rei ipſi Cardinali BENTIVOLO per litteras aperiam. Vale Eminentiſſime & Reverendiſſime Domine, & ſemper ſtudiis meis fave, quæ te Patronum eligunt. Lovanii, in Arce, IX. Kal. Sep. ∞. IↃC. XXXI.

EPISTOLA XX.

Romam.

GUIDONI BENTIVOLO,

S. R. E. Cardinali.

QUAS dicam verbis gratias, quas animo concipiam? Datum video, quicquid deſtinatum erat. Imò verò jam accepi & librum & numiſmata Pontificia, quia in manibus tuis ſunt:

is ſunt : bis debiturus cùm accipiam. Nova hæc etiam benignitas eſt, curam mittendi, moleſtiæ impetrandi adjungere; tanquàm perfectum non cenſeas beneficium, niſi ſecurum facias. Ergo non unam Summi Pontificis imaginem viſurus ſum. Non ſinam autem illam, quæ corporis eſt, à pectore; illam quæ ingenii, à ſinu meo ſeparari. Sed & pectus meum & ſinum, tuæ ſimul ſplendor Purpuræ, qui idem virtutis eſt, occupabit. Eccleſiæ Principi placere, quid putem? Sed Eminentiſſimæ Purpuræ Tuæ, imò virtuti tuæ placuerant. An fallor? A rivo ad fontem ivi: fontem ipſum ad me rivus duxit. Si nomen meum ſpectas, & aquas ego alo: ſed ab hoc fonte, ab hoc rivo perennes erunt. Vivere ſic demum ipſe incipiam, & perennis eſſe, debiturus gratiam, quam nunquam ſatis verbis dicam, nunquam ſatis animo concipiam. Vive, & me, Eminentiſſime Patrone, amare perge. Lovanii, in Arce, VII. Kal. Sep. CIↃ.IↃC.XXXI.

EPISTO-

EPISTOLA XXI.

Leodium.

PETRO ALOYSIO CARAFFÆ,

Episcopo Tricaricensi, Nuncio Apostol. posteà S. R. E. Cardinali.

MAGNI muneris loco, Illustrissime ac Reverendissime Domine, humanissimam epistolam tuam habui, quam sæpius lectam, inter cimelia mea collocavi. Vilescit aurum, quoties ejusmodi gemmas cerno: sic possum etiam affectu tuo ditescere. Cur siluerim igitur? Profectò majus scriptione beneficium erat: non respondere, sed excurrere statueram, ut totum coram pectus effunderem meum: tuam rursus loquentis humanitatem haurirem. In procinctu eram, cùm ecce morbus me, non ille sonticus quidem sed molestus tamen invasit. Gravis κεφαλαλγία fuit: varia tandem pharmacis sublata. Interea à tristiori cœlo itinera inhorruerunt, & subrepsit, quantùm an-

tùm annus mali habet. Ipse inquā Autumnus Hieme molestior est: veris imbres fundit. Sed vertet se annus, ridebit amœnitas; ac licebit cum primis favoniis evolare. Interea quicquid erit temporis, triste erit: vincam hiemem, cùm te solem meum videbo. Hæc nunc, non ut scribam, scribo, sed silentii caussam (an culpam?) indicem. Si caussa est, responsum magis debeo: si culpa, ad pœnam paratus sum. Vale, & me ama Illustrissime & Reverendissime Domine, paratum puniri, ut amari merear. Lovanii, in Arce, x. Kal. Decemb. ∞.IↃC.XXXI.

EPISTOLA XXII.

Bruxellam.

NICOLAO ALBERTO,

Abbati Copriunicensi, Poloniæ Regis Legato.

INTER Legationes annalium memoriâ celebrandas, hæc tua erit à magno Sarmatiæ Rege ad Principem nostram optimam, difficilli-

ficillimis temporibus missa. Jam prævenerat virtutis tuæ fama, omniumque erecti erant animi, ut publicè eum venerarentur, quem privatim antea coluerant, non minùs humanitate pellecti, quàm splendore perstringendi. Sed meum sanè gaudium tantò luculentius fuit, quantò obsequium religiosius. Id semel obtuli, ut semper deberem: semel enim inflammari pectus meum potuit, ut semper arderet. Litteræ nunc tuæ velut novi igniculi, & benignum mihi lumen adferunt, majus nescio honoris an beneficii testimonium. PUTEANUM à Serenissimi & Potentissimi Poloniæ Regis Legatò compellari, quanti est! Solem in sidere suspicio, & tanquàm cœlesti perfundar radio, mentem sentio ad altiora rapi. Ad te rapi, qui quicquid in homine pulchrum & magnum est, majori animo complexus es. Aut infelix igitur ero, aut excurram, ut Illustrissimas manus tuas osculo coram venerer; contester præsenti sermone studia mea omnia æternitati nominis tui consecrata esse. Sed Generosum & nobilissimæ indolis Adolescentem GEORGIUM KLINSKIUM, magno affectu amplexus sum: quia ab Illustrissima humanitate tuâ commendatum, quia dignissimum commendari. Ego eum, ut omnia dicam, tanquàm filium in contubernio meo habiturus

biturus sum; ostensurus in hoc potissimùm uno, quantùm universæ, & ad veram gloriam ingenio, armisque nitenti Nationi studeam. Ita vale Illustrissime & Reverendissime Domine & Patrone. Lovanii, in Arce, VII. Kal. Januarias. ∞. IↃC.XXXI.

EPISTOLA XXIII.

Bruxellam.

FABIO DE LAGONESSA,

Archiepiscopo Compsano, Nuncio Apostolico.

FEliciter hunc jam annum claudimus, quem singulari nobis beneficio generosissima Bonitas tua obsignare voluit, & quodammodo nobilitare. Accepit Protonotarii Apostolici titulum Filius meus JUSTUS; ut obligatio mea cresceret, quâ Familię honorem & existimationem debere incipio cum nomine Puteano duraturam. Certâsse cum Serenissima Principe Illustrissima Liberalitas Tua videtur: & hæc ostendit adjici Sacerdotio posse quod suâ quâdam luce Sacerdotium illustra-

illustraret. Hæc ab ipso Summo Pontifice dignitas manat, & Apostolica est; sed quia benignissimâ manu tuâ collata, tibi & filium & patrem summo jure vindicat. Gratiam igitur scribo, quam semper agam: dicet filius, quàm semper referet: sic tamen uterque debiturus. Hinc ordimur mereri beneficium, agnoscimus & æstimamus: quia nec id satis, operam daturi sumus, ut & celebrare valeamus. Ita feliciter & Illustrissima Benignitas Tua annum istum claudat, novum ineat, ac longæva sit. Lovanii, in Arce, Prid. Anni. ∞. IↃC. XXXII.

EPISTOLA XXIV.

Lovanii.

CAROLO TYMPELIO,

Societatis IESV Sacerdoti.

JUDICIUM petis? Non possum nisi encomium dare. Sacras metaphoras quantùm per curas molestiasque licuit, percurri: & sanè utrasque illas lenire visus sum. Mascula hęc doctrina est, & deliciis circumfluit: documenta morum, quâ severitate, eâ amænitate explicantur.

plicantur. Petram fontem video: Sed ut iste latex est, & manare cœpit; quicquid in Historia Sacra sub Metaphoræ latet mysterio, irrigatum efflorescet. Me jam non satiant Mundi exordia, nisi progressus videam: una allicit Centuria, ut plures desiderem. Sanè quia ingeniosissimus hic Pater scribendo curiosus est, me quoque curiosum facit. Illius unius est, Metaphoras Sacras explicare; meum erit, laudare ac suspicere. Epistolas pariter, quæ ridentem omnino Musam repræsentant: an Pietatem dicam? Pietas Musa est, vis venustas, carmen totum, non nisi acumen. Pergat hic Poëta scribere, & multorum ingenia obscurabit: pergat, & quod ego promo encomium, omnes boni & Docti judicio promptum esse pronunciabunt. Vale, & feliciter proficiscere. Librum & folia hîc habes: illius & horum auctorem à me saluta & complectere, verè tuo E. PUTEANO. In Arce, XII. Kal. Junii. CIↃ. IↃC. XXXII.

EPISTO-

EPISTOLA XXV.

Madritum.

JOANNI DE LA FAILLE,

Societatis IESV in Academia Madritensi Regio Matheseos Professori.

BArbaros pleno jam volumine descripsi: sed Barbarus ipse sim nisi doctissimam humanitatem tuam colam ac venerer. Mittis ad me, non dicam litteras, sed elegantias meras, quas non possum nisi gemmas appellare. De affectu an dubitem? Ut tuum testeris, alienum indicas, & me gemino, ut sic dicam, Thyrso quatis. Itaque dulci correptus furore, ad te transmitto animum, in Regia Urbe & Academia Doctrinæ Tuæ & Famæ applausurum. Sed quis ille Vir Doctus, qui tam benignè mecum agit, ut quasi aliquid ingenio tribuendum sit, etiam vultum æstimet? Qui me videt, hominem videt non alio cultu commendabilem, quàm qui à Litteris venit, &

modestiæ mancipatur. Si ad pompam sapere doctrina est, rudis & ἀπαίδευτος sum, ac nihil me scire profiteor. Tumor non potest, nisi ab inflato esse: quemadmodum videri dives studet, qui nihil miserius putat, quàm paupertate premi. Omnia habet, qui pauca desiderat, ad usum, non ad fastum opes dirigens. Ingenium compone; cùm ad ostentationem & vanitatem non effertur, felicius est; cùm occupatur, non jactatur. Vbi plus supercilii, minus semper cerebri est: & sciri plerique ambiunt, qui minus sciunt; verum enim scientiæ præmium ignorant. In nobis igitur omnia modica sunt, aut potiùs simplicia: quæ si fortassis è longinquo ampliora, non vero pretio, sed errore crescunt, & amanti imponunt. Te quoque modicum in me laudis esse jubeo, ne jam absens augeas, quæ cùm adesses, æstimare familiaritate tuâ suavissimâ solitus es. Valebit encomium, cùm modum non excedit, & felici exemplo crescet amor, qui nimiâ laude non suffocatur. Sed laudem ut lucem existimare soleo: augeri umbram luce posse, me non posse: augeri, cùm ex obliquo venit. Quid tu autem? Optime PATER; Solis errorem hac quidem ratione videris imitari: obscuras, dum illustras; & quia ab Occidente ultimisque Orbis nostri terris Suadæ Tuæ radios

dios transmittis, verâ non sinis magnitudine obtenebrantis elogii syrma contineri. Si aliter non potes, fac quæso, ut me ipsum magis, quàm umbram meam Hispaniæ decora metiantur: ita enim sparsæ famæ modulum nullo affectu corruptum, sine verecundiæ damno sustinebo. Quæ de Rege scribis, egregiam ejus imaginem exhibent: quàm non minùs jam libenter in tuâ epistolâ, quàm in meâ hîc tabulâ specto. Vultum mihi pictor & os HUMEROSQUE DEO SIMILES dare potuit: tu divinam illam & Austriacam indolem, Majestatemque, Mundo parem, repræsentas. Avi scitum hîc usurpare audeo: JAM ILLUSTRABIT OMNIA. Quæ adhuc bella, velut nubes sunt; ubi exsurget jubar, aut fugient, aut dispellentur. Matutina Serenitas diem suspectum facit: præstat quoque ab armis ad pacem, quâm à pace ad arma venire. Aurora, ut sic appellem, Regis nostri turbida hîc nobis fuit; & mollia jam induciarum tempora speramus. Suave erit, in quiete miseriarum oblivisci. Sed tua nunc extra armorum strepitum studia sunt, & in pace docere belli artes poteris, quæ maximè disciplinis Mathematicis continentur. Accedat Historia, quæ tua quoque est, & ingenii felicitate novam istam Academiam vel solus nobilitabis.

Utinam ego, qui hîc doceo, ibi discam! Qui hîc dico, ibi audiam! Utinam Scientiæ Tuæ particeps sim, quemadmodum amicitiam indulsisti! Primos certè plausus ego excitem,& laudes proferam, quæ pietati tuæ & doctrinæ debentur, modestiæ & candori. Nunc absens facio, & sine voce loquor; qui pulcherrimus sermo est, quia animo & mente formatur. De me quid prætereà dicam? Historiæ Insubricæ libros, sive Irruptiones Barbarorum in Italiam, à typographo absolutas, in lucem propediem emittam. Regi nostro opus inscriptum est: quod cùm ad te quoque veniet (mittam enim) ostende quæso, te eum esse, qui cùm ingenio meo faveat, hos inprimis labores Magnatibus velit commendatos esse. Vale Doctissime Pater, & crebriores à me deinceps litteras expecta. Lovanii, in Arce, XI. Kal. Sept. ∞. IↃ C. XXXII. An FLAVIAM DOMITILLAM meam videris, scire velim.

EPISTO-

EPISTOLA XXVI.

Romam.

URBANO VIII.

Pont. Opt. Max.

JAcere jam non possum benignissimâ Sanctitatis Tuæ manu, & tantùm non è cœlo porrectâ, sublevatus. Tergeminum, quo surrexi, beneficium est, & multiplicem gratiam exigit: Liber, Numisma, Sacerdotium. Et liber quidem latinæ & græcæ, sed verè Christianæ Poëseos divitias continet: quas cùm tracto quotidie, non sine ingenii ruborè studiorum meorum paupertatem deprehendo. Quid facula in sole? Sed quia divino quodam perstringor lumine, obscurus non ero. Cœlestia admirari & æstimare pergam Poëmata, & satis est URBANIANA sunt: imò recitare & explicare publicè incipiam, meum in aliis affectum excitaturus. Itaque sileant paulisper in Scholis pulpitisque sublimia illa Pindari, & Horatii ora: munus ego meum URBANI Musâ nobilitabo. Hac

ratione cùm publicus erit liber, qui jam usu meus est; felicitatis meæ non testes modò, sed participes eos omnes habiturus sum, quos publicâ quotidie voce alloquor. Quotidie insuper, quia Sanctitatis Tuæ MELLE labra induam, facundus ero. Numina sequitur, aureum non minùs imagine quàm metallo. Quadruplici symbolo variatum: sed illud tamen aureum mihi è collo pendulum, in pectore conspicuum, ut ipso gestu & gestatu profitear cui & quomodo obstrictus sim; accendi continuò animum, novis velut radiis ex imagine emissis. Hanc cùm acciperem, quid præterea expectarem? Et tamen Sacerdotium accessit, partim velut subsidium, partim velut ornamentum: non mihi tantùm, sed familiæ quoque; ut meam saltem in liberis fortunam emendarem. Tam copiosa hæc & sponte fluens benignitas aliquam mihi largiri fiduciam videtur, quâ & jam familiariùs adire ac venerari Sanctitatem Tuam audeam, & litterarum velut Numini, quæ molior, consecrare. A LINEA ἀρχημερινῆ, imò ut nomen Sanctitatis tuæ usurpem, URBANIANA auspicium sumo; quâ Dierum Civilium principium Hieraticum, hactenus in terrarum orbe desideratum, constituatur. De hac igitur Eminentissimus Cardinalis Bentivolus liberali

mente

mente curiosam omnem elegantiam complexus, cum Sanctitate Tua aget; ut examinatâ argumenti necessitate, publicandi facultas νυχθημέρου sit; & agnoscant mortales, se dies tandem ab URBANO octavo Pontifice Optimo Maximo accepisse. Ita ad alia porrò adnitar assurgere, qui ut dixi, & semper dicam, tergemino Sanctitatis Tuæ beneficio sublevatus sum. Deus Æternus Sanctitatem Tuam, secundum jam feliciter Climactericum prætergressam ad tertium, quadrato Musarum numero definitum, sine labore ac dolore suaviter ducat! Voveo toto animo, & ad Sacros Beatitudinis Tuæ Pedes pietatis osculum fero. Lovanii, in Arce, Prid. Eid. Feb. ꝏ. IↃC. XXXIII.

EPISTOLA XXVII.

Romam.

FRANCISCO BARBERINO,

S. R. E. Cardinali.

NON me sinunt profectò, Eminentissime Domine, quæ à Summo Pontifice accepi munera

munera quiescere, cùm impar gratiæ sim, hoc saltem agendum mihi, ut apud Eminentiam Tuam debitorem me constituam: imò agendum, ut cùm vix sustineam ad Solem oculos attollere, ad tui liceat sideris lumen venire. In Pontificia Liberalitate, tua quoque benignitas conspicua est: ita non fontem modò, sed rivum ipsum venerari pietas suadet. Postquam Poëmata & Numismata missa sunt, adjungi & Sacerdotium video: ut nimirum quantùm honori datum esset, tantùm jam emolumenti ratione obstringerer. Opportunum verò rebus meis subsidium: quæ cum ingenio meo satis fulciri non possent, beneficio tuo (ita enim Pontificium appello) erectæ sunt. Hæc igitur felicitas Litterarum est: hæc eorum fortuna, qui cùm Litteras audeant contingere, patrocinium inveniunt, ubi exemplum admirantur. Ego quidem tanquàm, animosior occupare ingenium ausus sum; ut LINEAM, quæ URBANIANA diceretur, ordinarem. Sed de hac Eminentissimus Cardinalis bentivolus, ille bonus omnibus ad virtutem stimulus, distinctè acturus est. Quid dicam? Dierum principium Hieraticum hactenus in orbe terrarum constitutum non esse mirum est. Quid? URBANIANO hæc Nomini gloria debebatur: magno & æterno Nomini, quod

ni, quod nunc etiam epistolâ, licet non satis Urbanâ, audebo venerari. Tuâ hic etiam benignitate opus erit, ne peccâsse videar. Quicquid sit, caussam meam Eminentissimus Cardinalis Bentivolus aget. Vale, & benigno me affectu beare perge. Lovanii, in Arce. Prid. Eid. Feb. ∞. I Ɔ C. XXXIII.

EPISTOLA XXVIII.

Audomarum.

CHRISTOPHORO MORLETIO,

Episcopo Audomaropolitano.

VIRTUTIS rationem haberi nova hæc dignitas testatur, quæ tuo jam nomine illustrior est. Accepit Ecclesia Audomaropolitana Antistitem, qui velut sidus universæ Belgicæ exoritur: quem non magnum faciunt Infulæ, sed accipiunt, non tam electum, quàm divinitùs datum ac constitutum. Noli existimare unâ jam Urbe tuâ contineri publicum gaudium: in Patriam universam, & ad bonos omnes doctosque effusum est; imò ad eos omnes,

omnes, quotquot vel vitâ vel ingenio nituntur boni esse, & doctos sequi. Inter hos igitur nomen ego meum profiteor, animo, vultu, ore lætus, tanquàm omnium affectum exprimam. Admitte hunc animum, Reverendissime Præsul, jam olim tuum, & blandissimis humanitatis officiis obstrictum: non mutabo vultum; quia animum non potero: ore facundus ero, quia tuas conabor laudes celebrare. Laudes, sed veras, & ab omni adulationis studio remotas, quas cùm tua unius modestia præteribit, omnium favor ad virtutis exemplum extollet. Deus Opt. Max. qui dignitatem dedit, felicitatem addat: ita novas semper gaudii caussas publicè privatimque capiemus. Vale, Lovanii, in Arce. XIII. Kal. Martii. ∞. IↃC. XXXIII.

EPISTOLA XXIX.

Namurcum.

ENGELBERTO DU BOYS,

Episcopo Namurcensi.

CONCEDET mihi benignitas tua, Reverendissime Præsul, ut pro hoc Adolescente

cente intercedam. Petitionem suam ipse schedulâ, quam adjungo, complexus est, & caussam petitionis explicat: an favore dignum prudentia pariter tua, quæ à benignitate separari non potest, statuet. Ita intercedo, ut videri nolim molestus esse: ita molestiam exhibeo, ut si quid ille favoris impetret, in obligationem gratiæ venturus sim, novi & tanquàm in me collati beneficii ratione. Hactenus debeo; & cùm nihil adhuc rependam, hoc mihi inprimis agendum est, non ut inverecundior, sed familiarior dicar; quia enim tuus magis quàm meus ero, petendi libertas veniam faciliùs inveniet. Vale. Lovanii, in Arce, Proprid. Eid. Mart. ∞. I Ɔ C. XXXIII.

EPISTOLA XXX.

Binchium.

ANTONIO DE WINGHE,

Abbati Latiensi.

LUCULENTISSIMUM eruditæ pietatis munus accepi; opus, inquam, Blosianum, quo velut pretiosissimo thesauro, au-

ctam ornatamque bibliothecam meam esse libens profiteor. Oblecto interim animum salutari lectione, & ut totum noscam BLOSIUM, imò ut totum venerer, familiarem mihi reddo. Quid? Alterum video BLOSIUM WINCHIUM esse; alterum alterius imaginem & virtutem sustinere. Quis verò alter aliquando WINCHIUS futurus est? Rapit me bonitas tua, rapit eruditio, ut animi affectum pari impetu & candore exprimam: nescit jam silentio cultus in te meus coarctari. Me ecce, & quicquid possum, offero: ingenii conatus, qui fortunæ muneribus destituor, & tuæ cupio pietati consecratus videri. Quia gratus verò Circulus URBANIANUS fuit, Circuli hujus etiam Vindicias missurus sum, jam ad finem propemodum à typographo perductas. Totum in eo argumentum positum est; ut principium diei, quod in Orbe necessarium est, necessarium esse intelligatur. Hoc jam ago, ut quas hac de re scripsi Theoreses, mox producam. Deinde ut Historia mea Insubrica recudatur. Operum quoque meorum omnium editionem uno alteroque tomo molior, & dare simul, quæ edita hactenus sunt, & quæ non sunt. Coalescant omnium votis expetitæ belli induciæ, & in has cogitationes incumbam. Considerabam, cùm hæc scriberem, Cruci-

rem, Crucifixionis antiquæ modum (& quidni hoc tempore tam pia me ſtudia capiant?) imò in ipſa Cruce ſtipitem, neſcio an adhuc obſervatum, cui Crucifixus velut inſidebat. Locus eſt apud Juſtinum Martyrem, Dialogo cum Tryphone Judæo, ubi unicornis cornua ad explicationem crucis transferuntur: Καὶ ἐν τῷ μέσῳ πηγνύμενον ὡς κέρας καὶ αὐτὸ ἐξέχον ἐστὶν, ἐφ᾽ ᾧ ἐποχοῦνται οἱ σταυρούμενοι: *Et quod in medio fixum eſt, ut cornu & ipſum eminet; in quo vehuntur, & inſident, qui crucis ſupplicium ſubeunt.* LIPSIUS in Cruce ſua, lignum ſuppedaneum, ſed neſcio an bene. Inſidebant igitur huic ſtipiti Crucifixi, ne manus pondere corporis pendentis lacerarentur. Tua pietas locum totum expendet. Mihi quidem id non fruſtrà ſcripſiſſe Juſtinus videtur. Vale, Lovanii, in Arce, Prid. Eid. Mart. ∞. IↃC. XXXIII.

E EPISTO-

EPISTOLA XXXI.

Mediolanum.

JOANNI RAUDENSI,

Societatis IESV Theologo & Ecclesiastæ.

TANDEM intelligo Doctissime & Facundissime Vir, non omnino me infelicem esse, neque totum illud sideris mei lumen, illud Urbis & Curiæ decus occidisse. Frater Fratrem repræsentat, Religiosus Senatorem. In te complector, in te veneror superstites τοῦ μακαρίτου semperque victuri PAULI virtutes: à te verò eundem mihi affectum, candorem, benevolentiam polliceor. Nesciebam equidem in Societate JESU, verâ pietatis & Doctrinæ palæstrâ, tantum superesse nomen; esse RAUDENSEM qui pari cum Fratre indole Patrissaret, cujus linguâ publicè Religio loqueretur. Ut breviter dicam, nesciebam superesse virum, cui Historia mea

Insubrica

Insubrica vel maximè placeret. Placuit Optimo Fratri tuo, & hoc satis, ut de judicio tuo statuam. Facies igitur, ut Illustrissimi Decuriones tam in me benigni sint, quàm suâ illos auctoritate permovere poterat, si supervixisset. Ita magis magisque gaudebo, ejus mihi auspiciis hanc Historiam scriptam esse: & tuis audebo in eodem argumento stilum occupare. Tu mihi jam PAULUS eris, quia RAUDENSIS; & singulari etiam affectu colendus, quia Societatis JESU es, in qua & ego hîc Filium habeo; & cui totum me mancipavi. Tesseram & velut animi mei pignus hunc libellum mitto: eò etiam libentiùs, quia in Belgio ille & Hispania Societati Vestræ placuit. Non injucundum verò erit, quę de principio νυχθημέρου scripsi legere, CIRCULUM URBANIANUM qui principium illud continet examinare. Vale Optime Pater, & sine, te meum appellem. Lovanii, in Arce, XIV. Kal. Maii. ∞. IↃC. XXXIII.

EPISTOLA XXXII.

Romam.

GUIDONI BENTIVOLO,

S. R. E. Cardinali.

SUmmam humanitatem tuam interpello, ut huic Amico meo & Auditori eam conciliem, LUCAE LANCELOTTO Italo-belgæ. Origine Italus eſt, natalibus Belga: eo ingenio, moribus, conditione, ut qui meum provocavit affectum, & meruit, tuum nunc audeat litteris meis ambire. Intelligat modò quantum mihi benignitas tua faveat, & felix erit: ad colloquium admittatur, favorem, ſcio, ipſe impetraturus eſt. Quia virtutem & elegantiam amat, Romam videre voluit: in tuâ autem potiſſimùm Purpurâ, virtutem & elegantiam venerari. Ecce quod mihi coràm non licet, Amici & Auditores mei faciunt, tanquàm plures jam PUTEANI ſunt: formo plures, ut quantùm unus debeam, agnoſcant omnes; oſtendant autem quia Auditores ſunt, veros ſe Amicos eſſe.

Hunc

Hunc esse, id scio : & promptam ei humanitatem tuam fore, hoc inprimis nomine, quia interpello. Vale. Lovanii in Arce, Eid. Maii. ∞. I Ↄ C. XXXIII.

EPISTOLA XXXIII.

Lovanii.

GUILIELMO STANIHURSTO

ET

ISAACO VANDER MYE,

τοῖς πολυγλώσσοις.

Societatis IESV.

AMor, etiam ille honestus, ille non Veneris, sed virtutis Filius, cæcus est; & quos beat, cæcos reddit. An aliam dicam caussam? Amor est, & judicium benevolentiâ corrumpi. Vidi Symbolum, Xenii loco ad me missum ; & postquam expendi, erubui. Quid enim? Genius, divinâ arte expressus, dexterrimis digitis nervos testudinis percurrens & explorans, his vocibus animatur : RESPONDET UBIQUE. Ergo non homi-

nem me, ſed Deum, ut ſic dicam, facitis; dicta mea oracula, tanquàm è cortina loquar. Ego meæ mihi mediocritatis conſcius ſum, ſæpiusque cogor rodentem litteram Græcanicam Latinæ conjungere. Multi multa ſciunt, nemo omnia. De me ago: hanc unam ſector ſcientiam, quæ piè docet & honeſtè vivere; quâ omnes tamen ſi rectè calculum ponimus, videntur contineri. Non ſemper & ubique reſpondere, ſed rectè & opportunè, Sapientiæ munus eſt: non ut vox tantùm, ſed concordia ſit, & cum dictis facta conveniant. Vita bonorum Muſica eſt, & conſcientiæ, interdum famæ, ſuavitatem gignit. Mali, quia extra legem & numerum mores habent, graves bonis & odioſi ſunt, diſſono penitùs animo & hiatu. Mihi interim Symbolum iſtud, tanquàm ſaluberrimum & imagine & ſcito monitum eſt; ut vitam componam, ab otio, ſilentio, pravitate alienam ducam. Sic profectò reſpondere pulchrum erit; ſic amari ſuave, ſi moneri me intelligam. Valete, & felicem hunc, pluresque annos habete; qui cùm plures erunt, quàm ſit vita brevis, decurſu ſuo oſtendent. Lovanii, in Arce, Kalendis ipſis Januarii. ꝏ. I Ↄ C. XXXIV.

EPISTOLA

EPISTOLA XXXIV.

Lovanii.

JUSTO FRISIO,

Societatis I E S V Theologo & Philologo.

CEpit me Amor tuus, Ingeniosissime JUSTE, cepit Phœbus: ille calore suo, hic splendore. Te non possum nisi Amorem, nisi Phœbum appellare. Ita me complexus es, ut suavissimum Amici nomen, quod alii fuco, alii fallaciis passim inquinant, & sordidæ utilitatis instrumentum habent, mero candore exprimas. Tam elegantes verò addis laudes, ut pulcherrimum quod promis Xenium, non nisi dictantibus Musis Gratiisque panxisse videare. Unus inter paucos ostendis, quâ ingenii præstantiâ, quâ stili felicitate Carmen constet, & perenne sit. Ita me Deus! Xenium tuum non nisi encomium est; dignum profectò, quod ad Auctorem redeat; ut qui scribit, scriptus videatur. Idyllium deinde utrumque

ad guſtum geniumque meum eſt, Latinum, lætum, ac liberale, tanquàm rus omne in Veneres, ſed caſtas mutari potuerit. Video poſt Theocritum & Virgilium novos & Calpurnios & Nemeſianos eſſe poſſe: eſſe JUSTOS LAUWENBACHIOS ad gloriam Antiquorum aſſurgentes, qui Muſarum fiſtulam, ab omni laſcivia alienam, non minus elegantiâ quàm pietate impleant. Xenium pectori meo jam inſcriptum eſt, hæſurum quamdiu anni menſibus, diebus, horis recurrent. Computa horas, toties amorem tuum, & Phœbum tuum legam; imò toties me tuum eſſe confitebor. Idyllium utrumque non fagi tantùm mollities, sed marmoris pertinacia excipiet; ut ubi arbores exaruerint, in lapide vincat ingenium tuum ſæcula, & æternum ſit. Sic anni quoque omnes & menſes, & dies, & horæ tuæ erunt. Vale. Lovanii, in Arce, Ipſis Kalendis Januarii. ∞. IↃC. XXXIV.

EPISTO-

EPISTOLA XXXV.

Coloniam.

PETRO ALOYSIO CARAFFÆ,

Episcopo Tricaricensi, Nuncio Apostol. posteà S. R. E. Cardinali.

Gratiae, quam debeo, epistolam non sufficere, ipso hactenus silentio confessus sum. Quâ ratione ne peccarem, peccare ausus sum; quasi non scribere melius esset, quàm malè. Tuâ nunc igitur humanitate opùs est, ut pauca verba sine vitio proferam, & ostendam me potiùs gratum esse, quàm scribam. Unus Leonardus meus debitorem me constituit, ita in Sanctissimam Familiam Tuam receptus, ut jam tuus sit, & intimis virtutum studiis occupetur. Quæ luculentior esse fortuna potuit? Videor ipse felix esse; quia illum video quem ut filium amo, ut bonum complector, bonâ merentem indole, ut amem, ut complectar. Me quoque Patrem nominat; sed

majorem nactus est, denuò natus, postquàm in domum tuam, velut in novam lucem venit. Ergo antè vivere cœpit, nunc verè vivere: ego ipse novos annos, novum vigorem capere videor: in me derivo quidquid in illum è fonte tam benigno fluit. Cogor, Illustrissime & Reverendissime Domine, quia beneficio vincor, ad silentiũ redire. Patieris verò, ut Facundissimo Optimi patris SILVESTRI ore loquar. Dicet ille, quantùm debeam, quantùm scribere non potuerim, qui me glorior Illustrissimæ Humanitati Tuæ obstrictum esse. Lovanii, in Arce, v. Kal. Mart. ∞ . I Ↄ C. XXXIV.

EPISTOLA XXXVI.

Bruxellam.

RICHARDO STRAVIO,

Belgicæ Internuncio Apostolico, Posteà Episcopo Dionysensi.

PRUDENTIA tua, doctrina, pietas luculentissimo hoc munere. Internuncii Apostolici dignæ erant, æstimatæ omnibus, sed peculiariter

peculiariter mihi, qui pridem conatus fui me quoque tuo dignum affectu præstare. Amari me vidi, ut epistolam tuam vidi, ut illam de Thenensi excidio ab Eminentissimo Cardinali Barberino Italicè perscriptam. Ego quidem, quia ita postulabar Latinè verti: sed nescio an vim & elegantiam auctoris assecutus sim: tibi obsecutus. Quid si verò Italicè lucem videat, eo inquam idiomate, quo pulcherrima est, & quod jam omnes ferè familiare habent? Sed absit ut quicquam præscribam, pusilla hæc opera mea est, tuam, & bonam facies, si emendabis. Ita ego tuus esse cupio; ero autem, & intelligam me esse, si deinceps scribendi officia admittas. Vale Illustrissime & Reverendissime Domine. Lovanii, in Arce, Pridie, Eidus. Martii. ꝏ. I Ͻ C. XXXIV.

EPISTOLA

EPISTOLA XXXVII.

Bruxellam.

CÆSARI ALEXANDRO SCAGLIÆ,

Abbati Stapbardæ & Mandanices.

SOlâ verecundiâ ſcriptionis officium retardatum eſt, cùm loqui facile eſſet; quia non meo ore, meo tamen nomine humanitatem tuam interpellabam. Præmiſi munuſculum, ut audacior fierem: ſed quod tuæ jam debebatur inſpectioni, quia Sereniſſimo Principi CARIGNANI dedicatum erat. Alium quem eligerem? Imò nec alium debui, qui ſuo favore, temeritatem conſilii mei excuſaret. Hoc nunc rogo; & nimis fortaſſis familiariter, niſi culpam hanc totam in ſe transferri Ampliſſimus ille bonæ mentis Patronus WOVERIUS patiatur. Patitur verò, & jam manu quodammodo me ducit, jubetque audacem eſſe; ſuas à me virtutes æſtimari ſatis non putavit, niſi & tuas, Orbi notas, colerem atque venerarer: voluit

voluit sui me obsequii socium habere, ut æmulum adsciſceret; amicâ verò contentione oſtenderet, nihil ſatis eſſe, quod Nomini Tuo & Famæ perſolveretur. Ego igitur, ut omnia faciam, hoc unum faciam, ne vinci ab uno videar; qui in virtutibus tuis celebrandis, inſtar omnium eſſe poteſt. Omnis ſermo, omnis mihi ſcriptio profana erit, quæ SCAGLIAE Nomine, non inſigniatur: hinc ornatum verba mea, hinc ipſa oratio capiet: audebo me herclè hoc Nomine facundus eſſe, & ad Nomen ipſe aſſurgere. Audebo, ut omnia conſequar, tuus eſſe, & novum ad bona, quæ tracto ſtudia, vigorem adferre. Tuæ me elegantiæ, tuæ virtutes, tuæ laudes excitabunt; meam noctem tuâ conabor luce vincere, & diem inveniam. Si me admittis, nónne & mea? Quia IDEAM iſtam miſi, conquiram & alios libellos meos, & tot conſecrati jam animi mei pignora offeram. Ut verecundiam profligam, tota ad te ingenioli noſtri ſuppellex veniet. Delinquam fortaſſe in magnitudinem tuam, ſed ſic magis humanitatem provocabo. Vale. Lovanii, in Arce, XIII. Kal. Sept. ∞.IↃC.XXXIV.

EPISTO-

EPISTOLA XXXVIII.

Romam.

FRANCISCO BARBERINO,

S. R. E. Cardinali.

INTER varias hactenus curas molestiasque hanc IDEAM scripseram, quam nisi ad te mitterem, nescire videbar tuam unius Purpuram virtutibus omnibus resplendere. Lege laudes, quæ famæ tuæ debentur; sed majori eloquentiâ dignæ, ut tuæ sint, & viventem exprimant. Faciat Historia, quod oratio non potest, & admirationem omnes adferant, ubi omnem veritas adulationem proscribit. O me felicem, si tam glorioso argumento stilum extollam! Si vel ipso conatu tuus sim: ut desinam ignotus esse! Hactenus inter confinia lucis & umbræ luctatus sum, in diem, si tua mihi Aurora oriatur provehendus. Hâc fiduciâ CIRCULUM jam URBANIANUM absolvam, frustrà quidem à Pseudologista Urbinate nuper impeditum. Dies sanè quia principium suum inveniet, dies erit: noctem illis

illis relinquemus, qui solâ alienæ famæ obtrectatione famam quærunt. Vale Eminentissime Princeps, Lovanii, in Arce, III. Kal. Sept. ∞. IↃC. XXXIV.

EPISTOLA XXXIX.

Atrebatum.

PAULO BOUDOTIO,

Episcopo Atrebatensi.

TARDIÙS quàm oportuit, Reverendissime Antistes, scriptionis usurpo officium; dilatum antea, cùm occasio deesset; prolatum, cùm adesset. Tacito quodam affectu famam nominis, virtutis, dignitatis tuæ colui hactenus; sed exardescere potui, postquàm pars aliqua tui, mei quoque facta est: tui, sanguine; mei, contubernio & lare. Æstimavit domum meam, & magis disciplinam D. PAULUS BOUDOTIUS, fratris tui filius: æstimavit bona studia, tanquàm quotidianâ consuetudine meâ feliciùs capessenda. Satis erat nomen, ut omnia à me impetraret: quia ingenium attulit, rebus præclaris aptum,

cum fructu exercitatio erit: instrumenta doctrinæ, & ornamenta ei commendavi; ut Historiam sibi familiarem faceret, hinc monita ac præcepta partim Ethica, partim Politica hauriret; hæc instrumenta sunt: disceret eloquentiam, quâ solâ ornari potest, quicquid scimus. Cœli tamen & terræ notitia necessaria est, temporum & locorum; quam tradere jam cœpi. Reliquum est, ut libri, quos præscripsi, pauculi procurentur, ordine, & cum modo legendi. Si quid peculiariter prudentia tua fieri volet, avidè exequemur: sed & hæc ipsa agi jam cœpta, tuâ feliciùs auctoritate maturescent. Non videor verò satis epistolâ affectum meum explicare, nisi & libellum adjungam, si non eloquio, certè argumento placiturum. Laudavi Principem unam omnium optimam, & quia hoc satis non potui, luxi: tuâ opùs erat Suadâ, ut tota diceretur. Et nunc opùs est humanitate, ut quod tardum est scriptionis officium, excusetur. Vale. Lovanii, in Arce, VII. Eid. Septemb. ∞. IↃC. XXXIV.

EPISTOLA XL.

Bruxellam.

FERDINANDO SANCHES

Ord. Eremit. S. Augustini, Reverendissimi Patris Confessarii Principis Cardinalis, Socio.

A verâ doctrinâ ac virtute humanitatem separari non posse, tuo nuper exemplo didici, & affatu expertus sum. Nunc scribo tanquàm adhuc loquar: sed ne vacua epistola sit, munusculum adjungo. Dederam, non dederam, Reverendissimo P. Confessario Purpuram illam meam, quia tua adhuc non erat. Esse igitur jam incipiet: leges & amabis animum meum, si quid in eloquio desideres: me existimabis tuum esse, quia Principem veneratus sum, cui omnia omnes debemus; & in quo unus omnium affectus est. Inter omnes versari, suave mihi, si peculiari ratione tuus ero: ero autem, si ad familiaritatem admittar. Hâc nunc fiduciâ adolescentem istum,

 nuper

nuper inter Aulæ Muſicos, nunc etiam inter Auditores meos egregium JACOBUM BUSIUM R. Humanitati Tuæ commendo. Amœno prorſus ingenio prœditus eſt, honeſtè natus & educatus; qui divinâ voce ſuâ Sereniſſimam Principem nuper ſæpius oblectavit. Tradet Purpuram meam, & hoc ſe ipſe officio commendabit. Summa eſt, ut humanitate tuâ quoque dignus ſit; imò ut tuus ſit, quemadmodum ego ſum. Lovanii, in Arce, Kal. Aprilibus. ∞. IↃC. XXXV.

EPISTOLA LXI.

Bruxellam.

FERDINANDO AUSTRIACO,

S. R. E. Cardinali, Belgarum Gubernatori.

QUod in annulo gemma, in oppido Arx eſt, ſive ut muniat, ſive ut ornet; alterum belli tempore, alterum pacis. Arx Lovanienſis hac imagine eminet; ſedes aliquãdo Ducum Brabantiæ, Ducum Filiis poſteà deſtinata. CAROLUM

ROLUM V. invictissimæ virtutis ac potentiæ Imperatorem, educatum hîc fuisse, recens memoria est: Optimis etiam Principibus ALBERTO & ISABELLÆ nuper grata; qui à me rogati, videre Arcem, & hinc Urbem, tanquàm è specula voluêre. Quia genio loci oblectati sunt, idem nunc officium usurpare apud Celsitudinem Tuam audeo: petere beneficium, quod quia ad solatium publicum hoc tempore faciet, annalibus inscribetur. Bonum omen: lustrabit & illustrabit Serenitas tua Arcem, & omnem ab Urbe nubem arcebit. Sic vive, & vince, Magne Princeps, ac superatis hostibus, plenâ gloriâ ac Purpurâ fruere. Lovanii, in Arce, XVII. Kal. Julii. ∞. IↃC. XXXV.

EPISTOLA LXII.

Bruxellam.

BALTHASARI NARDO,

Philologo, & Protonotario Apostolico.

ACCUSO ipse εχεμυθίαν meam, & in pœnam paratus sum. Quam infliges? Quantum

Quntùm peccavi, tantùm jam pœnæ est: ipsum possis silentium, supplicium nominare. Imò quam infligis? Ut sæpiùs scribas: sæpiùs enim intelligam quantùm peccârim; sæpiùs, quia interpellabor, puniar. Hactenus verò in familia magis, quàm in Bibliotheca versatus sum: ita obsidio illa Urbis nostræ etiam Arcem perturbârat. Bene est: majorem Deus tempestatem avertit. Ingens belli momentum est, servatum Lovanium esse. Iterum ingens, tam feliciter Schencquianam Arcem occupatam. Ego inter curas, ut sic dicam, Diarium istud scripsi, in quo plus fortassis Martis, quàm Minervæ invenies. Nunc quædam etiam examinanda sunt, ut dum elegantes esse studemus, pleni & veri simus. Non licet verò ubique sine persona loqui. Alibi dissimulanda magis consilia, quàm exprimenda sunt: quædam cùm feliciter cedunt, casum in laudem mutant. Venio ad epistolam tuam, audeoque *Evocatæ militiæ turmas* appellare, quæ vulgo *Bandes d'ordonnances* dicuntur. Maris imperium, sive τὸ τῆς θαλάσσης κράτος, non frustrà Thucydides commendat. Omnia mari, quàm terrâ expeditiora sunt; arma, commercia, & sic divitiæ promptiores. Quid Athænienses aliquando, quid Carthaginenses, quid etiam Romani posteà classibus potuêre? Sextus Pompe-

Pompejus, quia Maris potens, è Sicilia Sardiniaque affligere Cæsarem Octavianum potuit, solus ausus Imperio Reipublicæ nomen opponere. Sed cur à Thucydide abeo? Is sub finem libri I. quæ ad hoc argumentum faciunt, prudenter suggerit. Ad Commentarios autem frustrà imus: nulli aut exigui sunt. De ponte quid dicam? Versatilem fortassis rectiùs, quàm mobilem nomines: malim tamen valvas pontis appellare, quæ aditum demissæ patefaciunt, attractæ occludunt. Sed in his suus cuique sensus est, suum judicium: tu tuo, Vir Ingeniosissime, utêris. Veni aliquando, nos vise, & vale, Lovanii, in Arce, Eidibus Augusti, ∞.IↃC.XXXV.

EPISTOLA LXIII.

Bruxellam.

PETRO VIVERO,

Societatis IESV Concionatori Regio.

EPISTOLAM Consolatoriam accepi, & exosculatus sum, quâ facundiâ, eâ pietate

conſcriptam, & multis mihi nominibus gratam atque pretioſam. Imaginem voco, & ſic habeo, Viri Magni, Præfectique, in quo mortuo omnium ſemper virtutum exemplum vivet, etiam confeſſione hoſtium: in quo vivo nemo reperit quod reprehendere poſſet, omnes quod amarent. Ego me inter omnes, ſed ſingulari loco pono, quia ante multos amatus etiam fui: animatus ſæpiùs, ut q iæ paucis cordi ſunt, ſtudia, conſtanter co'ere n, tempeſtiva laboribus præmia expectarem. Non hoc profectò ago, aut egi, ut magnus & opulentus eſſem; ſed ut honeſtè pièque vivere liceret, & ſic mori. Quantùm voveo, in Epiſtola tua lego, eâ ſtili ingeniique majeſtate Hiſpanicè exaratâ; ut quomodò Latinè ſcribendum ſit, addiſcam. Quidni verò aliquam virilis illius linguæ notitiam hauſerim? Quam qui uſurpat, aliquid tandem viri videtur uſurpare. Latinam tracto, Hiſpanicam amo ac veneror: illam olim, & cùm Romani eſſent, hanc hodie, poſtquam Romanas virtutes Hiſpani exprimant, Orbis imperio dignam. Facere & loqui pulchrè, Hiſpanum eſt. Sed utrumque Excellentiſſimus Marchio potuit, & ſuo genio, & quia Hiſpanus fuit; tam litteris cultus, quàm armis glorioſus. Hoc ut oſtendam, Elogium adornabo. Vale Optime PATER,

TER, & me tanquam Hispanum ama. Lovanii, in Arce, Prid. Eidus Septembris. ∞. IↃC. XXXV.

EPISTOLA XLIV.

Bruxellam.

JOANNI à S. AUGUSTINO,

Ord. Eremitar. S. Augustin. Serenissimo Cardinali Belgarum Gubern. à Sacris Confessionibus, posteà Episcopo Abulensi.

AUsus nuper Purpurâ Austriacâ, studiorum meorum velut tesserâ viam ad familiaritatem aperire, novum mitto munusculum, & universum ingenii mei censum in patrocinium tuum transcribo. Placebit, ut spero, conatus hic Historicus, quo Irruptiones Barbarorum in Italiam, & res simul Insubrum complexus sum: placebit cultus, quo Potentissimo Regi nostro meliora temporum fata consecravi. Adjuncta eodem est volumine Jo. JACOBI MEDICÆI Historia, quæ Invictissimi

victissimi CAROLI V. spectat tempora, fortunam quoque Mediolanensium, Imperio Austriaco mitigatam. Si tantùm supererit otii, ut scriptionem utramque inspicias, singulare beneficium accipiam si & dignam Principis oculis judicabis, post Purpuram, tuâ audebo manu hanc ei utramq; offerre Historiam, & totâ Pallade placere. Strenuus hic Vir D. CHRISTOPHORUS CONTRERAS, intimus Amicus meus; quem nisi commendem, deesse virtuti videar. Vale. Lovanii, in Arce, XV. Kal. Octob. ꝏ. IↃC. XXXV.

EPISTOLA XLV.

Bruxellam.

JACOBO BOONEN,

Archiepiscopo Mechliniensi.

UNâ potissimùm animi, sed sinceri fiduciâ silentium hactenus meum excusare audeo; studia autem quæ tracto litterarum, patrocinio tuo commendare. In otio occupatum me esse, in quiete impeditum, quotidianæ dissertationes, nec non scriptiones attestantur.

Illæ

Illæ publicæ ſunt, & erudiendæ juventuti in Athenæo Trilingui fiunt: hæ privatæ, & typorum ſumptu hactenus retardatæ. Produxi tamen utramque nuper Hiſtoriam meam, & minori forma, Barbaricam & Medicæam. De uno & omni liber mera amœnitas eſt, & velut luſus, quo oblectare animum in nupera tempeſtate conatus ſum. Idea deinde Heroica, imaginem Sereniſſimæ Principis repræſentans argumenti pretio oculos ſaltem Academiæ meruit: Tuis Purpura hæc tandem Auſtriaca digna erat; cùm nemo inter Belgas ad Purpuram propiùs accedat, nemo majori pietate dignitatem ſuam illuſtret. Prorſus qualem te omnes exoptant, hîc leges: leges virtutes, quæ tuæ ſunt, & Purpuram faciunt: leges FERDINANDUM, qui tuis quoque volet conſiliis ſpem ſalutis Belgicæ foveri. Det Deus! Te Illuſtriſſime & Reverendiſſime Domine ſervet, mihi, & ſtudiis meis hoc potiſſimùm patrocinio erigendis. Lovanii, in Arce, XIII. Kal. Octob. ∞. IↃC. XXXV.

EPISTOLA XLVI.

Leodium.

PETRO ALOYSIO CARAFFÆ,

Episcopo Tricaricensi, Nuncio Apostoli postéa S. R. E. Cardinali.

TANDEM Historiam Eminentissimi Cardinalis BENTIVOLI accepi, quam mitto. Luculentum sanè, & illâ dignum Purpurâ opus: adeo nitidè Italico idiomate expressum, ut nesciam, quid conatus hîc latinus præthereà possit. Sed mihi quidem manus, ut sic dicam, ligatæ sunt, postquàm Relationes verti: quemadmodum LEONARDUS meus narrabit. Ad Cathedram Bononiensem vocatus eram; sed ab obsequio Regis discedere piaculum puto. Accedit ætas, in occasum suum vergens. Prætereà, si melior conditio non sit, præstat præsentem ferre. Te interim abeuntem animo & cogitatione comitor, tuam ubique virtutem gloriamque veneraturus. Illustrissimum

ſtriſſimum ALIFERUM Mediolanenſem ſuccedere intelligo, cui ſi me commendatio tua inſinuaverit, novum & decumanum beneficium accipiam. Vale, & INGENRADIUM meum ſine virtutum tuarum exemplo creſcere, me in illo felicem eſſe. Lovanii, in Arce, v. Eid. Octob. ∞.I Ↄ C. XXXV.

EPISTOLA XLVII.

Montes Hanoniæ.

JOANNI JACOBO'

Abbati Lobbienſi.

PECULIARIS me affectus impellit, ut quam ſcripſi Purpuram Auſtriacam oculis tuis judicioque ſubjiciam. Principis & Antiſtitis noſtri FERDINANDI Encomium eſt, Panegyrici inſtar, ſtrenæ loco nuperrimè, ſcriptum: quidni ab Antiſtite, inter primos mihi colendo, videatur? Dignitas tua cum virtute ac pietate certat, famam etiam humanitas conciliat: ſed ego niſi hæc omnia venerer, neque Belga ſim, neque intelligam quibus potiſſimùm luminibus, Religioſa Belgarum gloria

gloria coruſcet. Veneror igitur, non tacito jam ac verecundo cultu; ſed munere, & tanquàm coràm loquar. Audebo verò ſic deinceps loqui; mittere quæ ſcribo, ut viciſſim affectum bonitatis tuæ merear. Hâc fiduciâ negotium iſtud Binchienſe quod ab auctoritate tua dependet, commendo. Vale, & me dignatione tuâ Bea. Lovanii, in Arce, Kalendis Decembris ∞. ІↃ C. XXXV.

EPISTOLA XLVIII.

Bruxellam.

JACOBO BOONEN,

Archiepiſcopo Mechlinienſi.

HIſtoria hæc mea de Obſidione Lovanienſi, quia Inclytis ORDINIBUS inſcripta eſt, tibi præcipuè debebatur, primum in Antiſtitum conſeſſu locum obtinenti. Tanquàm Solem inter ſidera veneror, accedo; & ut lumen hauriam, jubar ſubeo, tot virtutibus, quot radiis circumquaque reſplendens. Didicerunt Belgæ Pii, Boniquę eſſe: imperium non niſi lumen interpretantur.

tur. Me certè hæc Pietas, hæc Bonitas impulit, ut quàm fortes ac constantes Lovanienses fuerint, describerem: exiguo quidem volumine, sed quod à manu tua magnitudinem; obscuro etiam, sed quod ab oculis tuis diem accipiet. Sic juvabit porrò ingenium stilumque Historiæ impendere, tuo si licebit favore niti: placere Ordinibus, si tibi eorum Primati placuero. Vale Lovanii, in Arce, x i i. Kal. April. ∞. I Ↄ C. xxxvi.

EPISTOLA XLIX.

RICHARDO STRAVIO,

Belgicæ Internuncio Apostolico, Posteà Episcopo Dionysensi.

POëmata nuper Sanctissimi Domini Nostri majori Numero, minori formâ edita, accepi. Silentii verò mei duæ caussæ fuerunt. Altera contagio, quæ cùm vehementer per Urbem grassaretur, etiam Arcem penetraverat; familiâ interim meâ intactâ & salvâ, Mulier, cui turrim unam inhabitandam concesseram, correpta fuit, sed tempestivè elata, & in Nosocomio deinde extincta. Quietus non fui, donec

donec completo tempore habitatio expurgaretur, quemadmodum ante hebdomadas jam plures expurgata est, ac serenitati suæ prorsus reddita. Nos quidem extra periculum fuimus, non extra metum periculi, quo tempore tutissimum silentium videbatur. Filiam interim nubilem rarissimis animi corporisque dotibus ornatam, Dorotheam amisi, sed febri sublatam, postquàm quindecim circiter dies decubuerat. Deus illi propitius sit! Altera silentii caussa & protracti Historia fuit, quam de Obsidione Lovaniensi scripseram. Ut enim munere magis, quàm epistolâ benevolentiam Eminentissimi Cardinalis Barberini agnoscerem, scribere distuli donec librum typographus absolveret. Quia longior etiam mora est, hanc saltem indicare humanitati tuæ debui: promittere opusculum, quod sub finem proximæ hebdomadis, nisi adhuc fallar, missurus sum. Ita vale Illustrissime ac Reverendissime Domine, & salve. Lovanii, in Arce, Cinerum die. ꝏ. I Ɔ C. XXXVI.

EPISTOLA

EPISTOLA L.

Bruxellam.

EIDEM.

FEstinationis culpâ heri fasciculus hic neglectus fuit, qui cum litteris unà mittendus erat. Exemplar Historiæ de Obsidione Lovaniensi includit, quemadmodum hoc etiam munusculo venerari Eminentissimum Dominum Cardinalem Barberinum ausus sum, & gratiam pro munere, imò thesauro nuper accepto habere. Ostendit Pontifex Opt. Max. quid omnino sit carmen scribere, & nihil antiquitati debere. Quæ puritas, dignitas, Majestas, & rerum & verborum? Exemplum deinceps Latini habent, & Hetrusci quod sequantur, nec exprimant. Sed ego stilum ad Historiam converti, ut etiam Romæ legerentur quæ hîc passi simus, & quâ virtute, doctrinæ, pietatisque gymnasium servari potuerit. Tuum igitur hîc jam exemplar habes, quod ut legas rogo, & judicio me tuo juves. Vale Illustrissime ac Reverendissime Domine & me ama. Lovanii, in Arce, Pridie Eidus Aprilis. ∞. IↃC. XXXVI.

EPISTOLA

EPISTOLA LI.

Romam.

FRANCISCO BARBERINO,

S.R. E. Cardinali.

IN parvo volumine geminam Sanctissimi Pontificis Musam, nunquam satis æstimandam, veneratus sum. Illam Latinam, tanquàm Atticam, innovatâ curiositate, illam Hetruscam, tanquàm Latinam, curiosâ novitate. Rapi potui, sed silere coactus sum, cùm vita non nisi miseria esset, studia non nisi pericula & arma. Semel ab hostibus, iterum à morbis obsessi, evasimus internecionis feritiam, ut incurreremus. Victoriâ in ærumnam versâ, tanquàm cadavera Gallorum Batavorumque (ferro, fame, lue pars magna exercitus perierat) pugnarent. Tandem igitur hiemis beneficio serenitas ac securitas rediit, ac meminisse malorum audemus: ego verò, ne sterile haberem ingenium, totam Obsidionis nostræ fortunam ad Historiam redegi. Hanc mitto, & quantum acciperem munus, munusculo profi-

culo profiteor. Si inspexeris, magnum erit: ipse magnus, si Eminentissimâ benevolentiâ tuâ ac favore fruar. Hac nunc fiduciâ studia mea, obsequia, vota Sanctissimo Domino Nostro commendo. Vale, Lovanii., in Arce, III. Eid. April. ∞. IↃC. XXXVI.

EPISTOLA LII.

Romam.

GUIDONI BENTIVOLO,

S. R. E. Cardinali.

A gemina & gravissima tempestate bis ad salutem Lovanium rediit, priùs Obsidionem, deinde luem perpessa. Bis & ego cinctus periculis, nec potui litteras mittere, nec debui; inofficiosus, ne impius essem. Postquam serenitas securitasque rediit, non satis putavi, scribere, nisi & munusculo silentium diluerem, novo cultu veterem benevolentiam genii tui provocarem. Liber est, qui partem calamitatum nostrarum continet: qui ostendit superari virtute potuisse, quicquid sævissimi

hostes minati erant. Gravi & fortunâ suâ digni! Sustinuit incumbentis Martis impetum Pallas nostra, imò superavit; armis usa, ut magis etiam tranquillas ingenii artes elegantiasque illustraret. Historici partes an impleverim, nescio: verus saltem fui. A Tua discere Eminentiâ aveo, si quid peccârim. Tua enim Historia est, imò Belgica est, tua omnis Historiæ gloria, qui pari ingenio ac judicio, facundiâ & elegantiâ in luculentissimo nuper opere cunctas perfecti scriptoris virtutes expressisti. Vide, quæso, pro humanitate tua quantum ego non possim; ac permitte, ut cùm Solem venerer, tanquam scintilla accedam. Mireris verò aliquid luminis aut vitæ inesse libro, qui velut à mortuo, certè inter curas & cruces languente, scriptus est. Vale Eminentissime Heros, & me adhuc cum fortuna luctantem magis ama. Lovanii, in Arce, Postrid. Kal. Maii. ∞. I Ↄ C. XXXVI.

EPISTO-

EPISTOLA LIII.

Bruxellam.

JOANNI à S. AUGUSTINO,

Ord. Eremit. S. Auguſtini , *Sereniſ. Principi Cardinali Belgicæ Gubernatori à Sacris Confeſſionibus , poſteà Epiſcopo Abulenſi.*

POſt miſſam nuper Obſidionis noſtræ Hiſtoriam, libro ſingulari conſcriptam , litteris ſermonem, ſed quaſi familiarem, deferre audeo , & commendare Virum , cujus virtus, cùm non ambiat elogium , vel maximè meretur. Is D. DION. CARNINUS eſt, nominatus inter alios, ut ad Præpoſituram Couwenburgenſem evehatur. Officii mei eſſe putavi, pro eo intercedere, quem ſingulares & compoſitæ Religioſi animi dotes digniſſimum hac dignitate faciunt ; & de quo ante annos aliquot ſeriò actum eſt, ut in Abbatem Monaſterii ſui S. GERTRUDIS Lovanii, ubi tum Suppriorem cum laude agebat , eligere-

tur. Pietas ipsa modestum facit, sobrietas amabilem, prudentia circumspectum. Ea etiam doctrina ornavit ingenium, ut & pietati & sobrietati, & prudentiæ velut fulcrum sit: rogandus ipse, ut novo huic muneri humeros subjiciat, si fortè recuset. Illi quidem fortassis satis, Pastorem Arschoti agere, oppido uni prodesse: sed Ecclesiæ nequaquam satis. Hæc virtus Viri in claram lucem protrahenda est; ut si dignitate emineat, copiosissimos fructus ferat. Ego igitur virtutis solius caussâ Benignatis Tuæ favorem imploro. Merentem commendo; ut quod virtuti debetur officium persolvam; ostendam, me non ob aliam caussam virum commendare, quàm quia meretur. Ita vale R. P. & hanc familiaritatem meam boni consule. Lovanii, in Arce, III. Non. Maii. ∞. IↃC. XXXVI

EPISTO-

EPISTOLA LIV.

Antverpiam.

CÆSARI ALEXANDRO SCAGLIÆ,

Abbati Staphadæ & Mandanices.

NOn totum adhuc sæculum, Vir Summe, caligo premit. Ecce, inter nobilissima amœnioris doctrinæ sidera, RAMIRESIOS LAURENTIOS, ZAPATAS LUPOS, aliosque paucos, CAROLUM NEAPOLIM, Resultanii in Sicilia Principis fratrem, video, lucidissimis famæ radiis in subsidium Litterarum emergentem. FASTOS illustravit Romanos ac Veteres, rarum ingeniosissimi Poëtæ Peligni opus, & omnia sibi tempora obstringit, suaque facit. Nos quoque suos qui Antiquitatis summam Fastis æstimamus. Ἀνάπτυξις ista verè aurea, imòætherea est, & æternitatem provocat. Me certè, quod à Cultissimo Viro Jo. ANTONIO CANTAPARIO tuo accepi specimen, typis Plantinianis adornatum, tam vehementer cepit; ue

Poëtæ ipſi novam ingenii fortunam gratulatus ſim, novam famam, novam vitam. Sex libri floridâ NEAPOLIS induſtriâ EXPLICATI, inſtar duodecim deinceps erunt: & quemadmodum ſuperſtites conſervatosque intelligemus pleniùs; ita amiſſos minùs jam deſiderabimus. Totus hic quidem erit OVIDIUS, totumque τέλος ſex menſium Numerus annum conſtituet. Annum, ſed minorem: ut magnum olim, & ſic geminum, vel incremento dierum, vel decremento Cares & Acarnanes diſtinguebant. Solum nunc igitur in Faſtorum Vate incrementum habemus, ut Scriptoris τοῦ ἀναπλήσαντος fama augeſcat ſemper, nullum unquam ſenium timeat. In flore maturitas eſt; & ubi deficiunt alii, novum ingenii vigorem NEAPOLIS ſumet, majori annos fructu, quàm tempore emenſurus. Novos ille nobis Faſtos dabit, qui illuſtrat Veteres; novum ævum, qui ſæcula comprehendit. Hoc eſt profectò vivere, ſic ſcribere, ut æternus ſis: imò hoc eſt ſcribere, vitâ æternitatem mereri. Animus nobis colendus eſt; qui quantò eruditior, tantò nobilior; verè animus, quando reliqua ſibi obnoxia habet, ipſe non liber tantùm, ſed Dominus, Litteris ac Sapientiâ inſtructus. Pleroſque inquêre, an id verè agant, ut Magni Clarique ſint?

sint? In ipsa maximè luce umbræ fiunt, omnemque vitam, velut pugnam, & ut propriè dicam, Σκιομαχίας habent: aliqui etiam ipsimet sibi hostes; quia infesti artibus, quæ veram pectori ab humanitate & elegantia magnitudinem inferunt. NEAPOLIM, viginti duos natum annnos, respiciant, & homines fient: ejus in exemplum sumant ingenium, & lucere incipient. Quid etiam? Te respiciant, Magne SCAGLIA, & quid sit verè hominem esse, quid lucere, intelligent. Vive, vale; vale, vive. Lovanii, in Arce, Prid. Eid. Septemb. ∞. IↃC. XXXVI.

EPISTOLA LV.

Mediolanum.

N....... MONTIO,

S. R. E. Cardinali, Archiepiscopo Mediolanensi.

PURPURAM mitto AUSTRIACAM, ut Tuam venerer, magnis splendentem virtutibus, & hoc libro descriptis. Cardinalem esse, satis erat, ut AUSTRIACUS laudaretur;

daretur: totum hoc nunc elogium ad Eminentiam Tuam refero, quam Sacra Dignitas ejusdem cum AUSTRIACO & lineæ & loci facit. Sed quia BORROMAEUM nuper, quod illustre jam cœlis Nomen est, familiariter colui; MONTIUM audeo, ad cœlos prudentiâ atque pietate assurgentem suspicere: alium nomine, eundem decore, novum Insubribus post tenebras & tempestates jubar. Belga sum: sed Magnæ Urbis Tuæ, cùm florerem ætate, incola fui, & tanquam Insuber. Locum deinde, non animum mutans, cùm Historiam pro munere meo scriberem, ab Insubrica exorsus sum, & Irruptiones Barbarorum in Italiam stilo repræsentavi. Quid attinet omnia prosequi? Uxor quoque mea Mediolanensis est, & è Turrianis: aliqui Liberorum Mediolani nati: studia denique in hac ipsa Urbe, imò aulâ, atque adeò benevolentiâ BORROMAEANA, primâ, ut sic dicam, ingenii famâ adolevêre. Quorsum ista verò? Ne alienus videar ad cultum Eminentiæ Tuæ accedere. Patronum quæro, quem ipsa Civitas habet: BORROMÆUM quæro, quem in uno MONTIO inveniam. Ut novum igitur tanquàm veterem admittas clientem, Eminentissime Antistes, rogo; imò ut existimes, quicquid BORROMAEO delatum est, continuatione quadâm

quâdam officiorum ad Purpuram tuam transire. Quam, ut dixi, veneror; & quia Sacram cum AUSTRIACA extollo. Vale Eminentissime & Reverendissime Domine. Lovanii, in Arce, VI. Kal. Novemb. ∞. IↃC.XXXVI.

EPISTOLA LVI.

Bruxellam.

HUGONI DE BURGOS,

Ord. Minorum Commissario, posteà Episcopo Duacensi in Hibernia.

NON potest contineri affectus meus, quin ad Pietatem Tuam excurrat: non potest calamus, & ipse candidus illius interpres. Uterque alatus est: utroque ipse ecce feror; qui tamen jam simul in Germaniam profectus sum, qui comes itineris tui fui, jugi cogitatione ac voto. Et quomodò divellar? Quomodò etiam separari potui? Non enim, quod officii mei erat, valedixi. Ergo aut ego non remansi, aut tu non abiisti. Hoc iter tuum, tanquàm non iter habeo; complexurus mox

EPISTOLA LVIII.

Romam.

GUIDONI BENTIVOLO,

S. R. E. Cardinali.

VIxi per hos aliquot menses, tanquam non viverem: an & annos dicam? Quicquid armis, non litteris datum hactenus, mors fuit. Atque ego obiter etiam stilo usus sum, pugnanti quàm scribenti similior, & Obsidionem Urbis hujus repræsentavi. Sed missum nuper exemplar. Posteà, ne omnino torperem, Epistolarum Centurias aliquot novas mandare typis cœpi: quarum duæ jam prodierunt: reliquæ in procinctu. Conversus deinde ad contemplationem temporis, Dies anni toto terrarum Orbe numeravi. An mittam igitur? sed nomen suum amittet, cùm in conspectum tuum, Purpuræque splendorem veniet. Veniet, & fortassis evanescet. Diorthosis quæ adjuncta, argumenti caussâ, insinuari Pontifici Opt. Max. possit. Majori sic etiam fiduciâ in manus denuò Circulum Urbanianum

sumam:

ſumam; quem vexare Cavillator Urbinas pergit, & ſe ridiculum noſtris hominibus facit. Et quouſq; laudem? Ut dicam Solem non lucere? Sextus Empiricus, diem non eſſe, diſputavit olim, ut ſubtilis eſſet: ſed ab hac laude novus iſte Pyrchonius multùm aberit; quàm multa neſciat, ſcientiâ ſuâ oſtenſurus. Quid de eo Clariſſimus, & miraculum hominis Wendelinus, hîc ſimul videbis. Si fortuna permittet Patriæ, Opera mea omnia ſimul producturus ſum: de qua re mox uberiùs. Vale Lovanii, in Arce, Nonis Junii, ∞. IↃC. XXXVII.

EPISTOLA LIX.

Leodium.

SILVESTRO PETRÆ SANCTÆ,

Societ. Jesu *Theologo & Mathemat.*

Tandem aliquando ſcribo, qui intereà amorem non deſii vel ipſo ſilentio nutrire. Inhæret enim infixa animo meo humanitas tua, pietatis ac Doctrinæ Comes; inhæret

illum quem maximè amo & veneror. De reditu enim, & propero, an fallor? Nunc gratiã dico pro beneficio à Marchione MIRABELLO impetrato. Quid opus est verbis? Litteras accepi, filius admissus est, quem jam ipsum tibi debeo. Si nec id satis, totum me. Quod reliquum est, rogo, ut amare me pergas, imò ut ex occasione Imperatori AUSTRIACO Maximo insinues Purpuram à me Austriacam scriptam esse, qui hoc unum ago, ut publicè tester ingenium meum gloriæ tantæ Familiæ mancipatum esse. Mi PATER, cogita te pro filio loqui: & sic finio. Vale, vive, redi. Lovanii, in Arce, Prid. Non. Octob. ∞.IↃC. XXXVI.

EPISTOLA LVII.

Bruxellam.

JOANNI MYTENO,

Theologo, & Begginasii Bruxellensis Curato.

NON profectò scribere, sed pingere mihi videris, mi MYTENE, & tanquàm ingeniosissimum THEODORUM nostrum, divinæ

divinæ prorſus naturæ & artis virum exprimas. Quid accuratius facundiusque epiſtolâ tuâ? Quid carmine adjuncto limatius atque felicius? Horrere poteram, cùm morbum adeò mirum legerem; deliniri, cùm ſic repræſentatum. In corpore maculæ erant, in ſcriptione gemmæ: totum non noveram MYTENUM meum, niſi ægrotâſſet. Fontem mali cùm ingenioſè ſcrutaris, quid paſſim Conviviorum peccet hilaritas aperis; officioſa, ut noceat; petulca, ut blandiatur. Nos, nos facimus morbos, quaſi ſatis humano generi natura infeſta non ſit: nos conceſſas hilaritati voluptates in damna commutamus. O mores! ſed leniſſimè tibi perſtrictos! Mores populi, non tuos; quamvis in conſortium pœnæ venias, homo ut caſu quoque miſer ſis, à culpa verò alienus. Non omnis qui ſanctus, ſanus eſt: non qui affligitur, reus. Jobum vide (& an majus poſſim exemplum dare?) Innocentiſſimus fuit, & in ſterquilinio jacuit; nudus, atque extremo naturæ ludibrio relictus. Triſtiſſimam hanc miſeriæ ſcenam etiam carmine aliquando adumbravi; quod an bonum ſit, neſcio: ſed ut epiſtolam extendam, adjungo. Quia breve, minorem moleſtiam adferet: ſatis autem longa epiſtola erit, quæ carmine claudetur. Vale, Lovanii, in Arce, Eidibus Decemb. ∞. IↃC. XXXVI.

illum quem maximè amo & veneror. De reditu enim, & propero, an fallor? Nunc gratiā dico pro beneficio à Marchione MIRABELLO impetrato. Quid opus est verbis? Litteras accepi, filius admissus est, quem jam ipsum tibi debeo. Si nec id satis, totum me. Quod reliquum est, rogo, ut amare me pergas, imò ut ex occasione Imperatori AUSTRIACO Maximo insinues Purpuram à me Austriacam scriptam esse, qui hoc unum ago, ut publicè tester ingenium meum gloriæ tantæ Familiæ mancipatum esse. Mi PATER, cogita te pro filio loqui; & sic finio. Vale, vive, redi. Lovanii, in Arce, Prid. Non. Octob. CIↃ. IↃC. XXXVI.

EPISTOLA LVII.

Bruxellam.

JOANNI MYTENO,
Theologo, & Begginasii Bruxellensis Curato.

NON profectò scribere, sed pingere mihi videris, mi MYTENE, & tanquàm ingeniosissimum THEODORUM nostrum, divinæ

divinæ prorſus naturæ & artis virum exprimas. Quid accuratius facundiusque epiſtolâ tuâ? Quid carmine adjuncto limatius atque felicius? Horrere poteram, cùm morbum adeò mirum legerem; deliniri, cùm ſic repræſentatum. In corpore maculæ erant, in ſcriptione gemmæ: totum non noveram MYTENUM meum, niſi ægrotâſſet. Fontem mali cùm ingenioſè ſcrutaris, quid paſſim Conviviorum peccet hilaritas aperis; officioſa, ut noceat; petulca, ut blandiatur. Nos, nos facimus morbos, quaſi ſatis humano generi natura infeſta non ſit: nos conceſſas hilaritati voluptates in damna commutamus. O mores! ſed leniſſimè tibi perſtrictos! Mores populi, non tuos; quamvis in conſortium pœnæ venias, homo ut caſu quoque miſer ſis, à culpa verò alienus. Non omnis qui ſanctus, ſanus eſt: non qui affligitur, reus. Jobum vide (& an majus poſſim exemplum dare?) Innocentiſſimus fuit, & in ſterquilinio jacuit; nudus, atque extremo naturæ ludibrio relictus. Triſtiſſimam hanc miſeriæ ſcenam etiam carmine aliquando adumbravi; quod an bonum ſit, neſcio: ſed ut epiſtolam extendam, adjungo. Quia breve, minorem moleſtiam adferet: ſatis autem longa epiſtola erit, quæ carmine claudetur. Vale, Lovanii, in Arce, Eidibus Decemb. ∞. I Ↄ C. XXXVI.

illum quem maximè amo & veneror. De reditu enim,& propero, an fallor? Nunc gratiā dico pro beneficio à Marchione MIRABELLIO impetrato. Quid opus est verbis? Litteras accepi, filius admissus est, quem jam ipsum tibi debeo. Si nec id satis, totum me. Quod reliquum est, rogo, ut amare me pergas, imò ut ex occasione Imperatori AUSTRIACO Maximo insinues Purpuram à me Austriacam scriptam esse, qui hoc unum ago, ut publicè tester ingenium meum gloriæ tantæ Familiæ mancipatum esse. Mi PATER, cogita te pro filio loqui: & sic finio. Vale, vive, redi. Lovanii, in Arce, Prid. Non. Octob. ∞.IↃC. XXXVI.

EPISTOLA LVII.

Bruxellam.

JOANNI MYTENO,

Theologo, & Begginasii Bruxellensis Curato.

NON profectò scribere, sed pingere mihi videris, mi MYTENE, & tanquàm ingeniosissimum THEODORUM nostrum, divinæ

divinæ prorsus naturæ & artis virum exprimas. Quid accuratius facundiusque epistolâ tuâ? Quid carmine adjuncto limatius atque felicius? Horrere poteram, cùm morbum adeò mirum legerem; deliniri, cùm sic repræsentatum. In corpore maculæ erant, in scriptione gemmæ: totum non noveram MYTENUM meum, nisi ægrotâsset. Fontem mali cùm ingeniosè scrutaris, quid passim Conviviorum peccet hilaritas aperis; officiosa, ut noceat; petulca, ut blandiatur. Nos, nos facimus morbos, quasi satis humano generi natura infesta non sit: nos concessas hilaritati voluptates in damna commutamus. O mores! sed lenissimè tibi perstrictos! Mores populi, non tuos; quamvis in consortium pœnæ venias, homo ut casu quoque miser sis, à culpa verò alienus. Non omnis qui sanctus, sanus est: non qui affligitur, reus. Jobum vide (& an majus possim exemplum dare?) Innocentissimus fuit, & in sterquilinio jacuit; nudus, atque extremo naturæ ludibrio relictus. Tristissimam hanc miseriæ scenam etiam carmine aliquando adumbravi; quod an bonum sit, nescio: sed ut epistolam extendam, adjungo. Quia breve, minorem molestiam adferet: satis autem longa epistola erit, quæ carmine claudetur. Vale, Lovanii, in Arce, Eidibus Decemb. ∞. IↃC. XXXVI.

illum quem maximè amo & veneror. De reditu enim,& propero, an fallor? Nunc gratiā dico pro beneficio à Marchione MIRABELLIO impetrato. Quid opus est verbis? Litteras accepi, filius admissus est, quem jam ipsum tibi debeo. Si nec id satis, totum me. Quod reliquum est, rogo, ut amare me pergas, imò ut ex occasione Imperatori AUSTRIACO Maximo insinues Purpuram à me Austriacam scriptam esse, qui hoc unum ago, ut publicè tester ingenium meum gloriæ tantæ Familiæ mancipatum esse. Mi PATER, cogita te pro filio loqui: & sic finio. Vale, vive, redi. Lovanii, in Arce, Prid. Non. Octob. ∞.IↃC.XXXVI.

EPISTOLA LVII.

Bruxellam.

JOANNI MYTENO,
Theologo, & Begginasii Bruxellensis Curato.

NON profectò scribere, sed pingere mihi videris, mi MYTENE, & tanquàm ingeniosissimum THEODORUM nostrum,

divinæ

divinæ prorſus naturæ & artis virum exprimas. Quid accuratius facundiusque epiſtolâ tuâ? Quid carmine adjuncto limatius atque felicius? Horrere poteram, cùm morbum adeò mirum legerem; deliniri, cùm ſic repræſentatum. In corpore maculæ erant, in ſcriptione gemmæ: totum non noveram MYTENUM meum, niſi ægrotâſſet. Fontem mali cùm ingenioſè ſcrutaris, quid paſſim Conviviorum peccet hilaritas aperis; officioſa, ut noceat; petulca, ut blandiatur. Nos, nos facimus morbos, quaſi ſatis humano generi natura infeſta non ſit: nos conceſſas hilaritati voluptates in damna commutamus. O mores! ſed leniſſimè tibi perſtrictos! Mores populi, non tuos; quamvis in conſortium pœnæ venias, homo ut caſu quoque miſer ſis, à culpa verò alienus. Non omnis qui ſanctus, ſanus eſt: non qui affligitur, reus. Jobum vide (& an majus poſſim exemplum dare?) Innocentiſſimus fuit, & in ſterquilinio jacuit; nudus, atque extremo naturæ ludibrio relictus. Triſtiſſimam hanc miſeriæ ſcenam etiam carmine aliquando adumbravi; quod an bonum ſit, neſcio: ſed ut epiſtolam extendam, adjungo. Quia breve, minorem moleſtiam adferet: ſatis autem longa epiſtola erit, quæ carmine claudetur. Vale, Lovanii, in Arce, Eidibus Decemb. ∞. IↃC. XXXVI.

EPISTOLA LVIII.

Romam.

GUIDONI BENTIVOLO,

S. R. E. Cardinali.

VIxi per hos aliquot menses, tanquam non viverem: an & annos dicam? Quicquid armis, non litteris datum hactenus, mors fuit. Atque ego obiter etiam stilo usus sum, pugnanti quàm scribenti similior, & Obsidionem Urbis hujus repræsentavi. Sed missum nuper exemplar. Posteà, ne omnino torperem, Epistolarum Centurias aliquot novas mandare typis cœpi: quarum duæ jam prodierunt: reliquæ in procinctu. Conversus deinde ad contemplationem temporis, Dies anni toto terrarum Orbe numeravi. An mittam igitur? sed nomen suum amittet, cùm in conspectum tuum, Purpuræque splendorem veniet. Veniet, & fortassis evanescet. Diorthosis quæ adjuncta, argumenti caussâ, insinuari Pontifici Opt. Max. possit. Majori sic etiam fiduciâ in manus denuò Circulum Urbanianum sumam:

ſumam; quem vexare Cavillator Urbinas pergit, & ſe ridiculum noſtris hominibus facit. Et quouſq; laudem? Ut dicam Solem non lucere? Sextus Empiricus, diem non eſſe, diſputavit olim, ut ſubtilis eſſet: ſed ab hac laude novus iſte Pyrchonius multùm aberit; quàm multa neſciat, ſcientiâ ſuâ oſtenſurus. Quid de eo Clariſſimus, & miraculum hominis Wendelinus, hîc ſimul videbis. Si fortuna permittet Patriæ, Opera mea omnia ſimul producturus ſum: de qua re mox uberiùs. Vale Lovanii, in Arce, Nonis Junii, ∞. ıɔc. xxxvii.

EPISTOLA LIX.

Leodium.

SILVESTRO PETRÆ SANCTÆ,

Societ. Jesu *Theologo & Mathemat.*

Tandem aliquando ſcribo, qui intereà amorem non deſii vel ipſo ſilentio nutrire. Inhæret enim infixa animo meo humanitas tua, pietatis ac Doctrinæ Comes; inhæret

hæret ingenium, Litterarum velut delicium; ingenium, ut omnia dicam verè Romanum. Scribo autem, ut quo peccâsse videor, silentium excusem. Jacui hactenus, partim publicæ, partim privatæ fortunæ malis depressus: Quæ publica fuerit, bellum indicat: privatam etiam funera distraxêre. Ego vivo, Dei beneficio; sed per intervalla vel ægrotavi, vel langui, quasi non viverem; tam remotus à studiis, ut nihil à mortuo differrem. Excitari tamen à cavillatore Urbinate potui; cujus abortivam Antapocrisim, nugis ineptiisque plenam per lusum confutavi, propediem mittendam. Intereà hunc de Bissexto Librum vide, ac Dierum apud Indos Diorthôsim. Aut fallor, aut utrobique novam temporis faculam invenies. Sed annus ille Civilis, CCCLX. Dierum qui ἐπαγομένας excludit, nonnè in Apocalypsi capite XI, & XII, notatur? Quid si fuga Virginis in Ægyptum notetur? Annus enim hic Ægyptius est. *Ecce mulier alitur per tempus, & tempora, & dimidium temporis.* Tempus, dies continet CCCLX: tempora, IↃCCXX: dimidium temporis, CLXXX. Hac ratione annus & biennium, & sex menses, dies conficiunt ∞. CCLX. à Sacro Scriptore inibi expressos: *Et mulier fugit in solitudinem, ubi habebat locum præparatum à Deo, ut ibi pascat eam*

eam diebus mille ducentis sexaginta. Menses singulos tricenis diebus computemus; facient dies ∞. CCLX, menses XLII. Quo etiam numero vaticinii mysterium constat: *Et Civitatem Sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus. Et dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis.* Sed hæc judicio tuo submitto, ac vehementer rogo, ut & Bissextum, & Diorthôsim ad censuram revoces. De Obsidione Lovaniensi nihil dico: specimen magis, quàm Historia est, eo scriptum tempore, quo morbis odsideri Urbs cœpit, & plus quàm capta fuit; non bonis, sed civibus spoliata. Septem circiter millia Libitina tum quidem absumpsit. Quid Musæ inter has ærumnas? Cogita & sine Pallade Arcem fuisse: adhuc verò inter spem & metum animos bonorum vacillare. Ego quidem ad reliquias vitæ ac studiorum respicio, occupatus dumtaxat, ut opera mea omnia in corpus unum colligam, cœpta absolvam, Amicis passim urgentibus morem geram. Sic sanè otiari sine reprehensione aut nota licebit. Post mortem Optimi, Candidissimique Patris TYMPELII in familiaritatem me suam recepit Admodùm Reverendus Doctissimusque Pater FERDINANDUS DEL PLANO, Collegii Lovaniensis Rector, ille in Musa-

rum

rum ſinu educatus, plenus gratiis, quibus non ſtudia tantùm omnia, ſed & negotia ornentur. Sermones noſtri nunc ſerii, nunc amœni ſunt, & interdum in Italiam Dominamque Urbem excurrunt. Magnus ille, & verè Heroicus Hiſtoriarum Scriptor, ille famâ noſter, Famianus Strada, potuitnè præteriri? Res Belgicas Latinâ ſtili Majeſtate cōplexus, turbatæ Europæ cauſſas, initia, progreſſus tam accuratè expoſuit, ut ſuum non ſuo ævo ornare viſus ſit, noſtrum antiquo. Habent ſuum Romani Salluſtium, Livium, Tacitum: nos Stradam; qui ut Belgas deſcriberet, Romanus eſſe debuit, ingenio, judicio, eloquio inſtructiſſimus. Libera, plena, & elegans ubique narratio eſt, aurum eſt; civiles autem ſententiæ, velut gemmæ interlucent, tam aptè collocatæ, ut ſine tumore emineant, ſine affectatione exurgant. Æqualitas interim ſumma eſt, gravitas moderata, ſubtilitas facilis, veritas incorrupta. Religioni quantùm tribuendum ſit, erudita hîc pietas obſervavit, ab ipſo directa numine, cujus potiſſimùm habenda erat ratio, ne à vera belli cauſſa argumentum abiret. Habemus igitur in Famiano Hiſtoricum Belgæ Latinum, qualem in Eminentiſſimo Bentivolo Italicum: ſummum utrumque, & non niſi pro exemplo deinceps habendum

habendum. Sanè alter Purpuram ſuam; alter Societatem, tanquam doctrinæ ac virtutis purpuram illuſtrat: in altero adoro, quidquid Sanctiſſimo rerum Faſtigio proximum eſt: in altero ſuſpicio, quidquid in ratione ſtudiorum fœcundiſſimum habetur. Plenus mihi Deo *BENTIVOLVS* eſt: plenus mihi *BENTIVOLO FAMIANVS*. Sed hujus quando reliquum operis viſuri ſumus? Si quid potes, urge, ac nos tuos bea. Nôſti candorem meum, qui profectò ab amore tui nunquàm recedet: à te amari, jam ſatis mihi non eſt, niſi & à Clariſſimæ Famæ *FAMIANO* amer. De *LEONARDO INGENRADIO* meo ſolicitus maximè ſum, quem diutiùs ęgrotâſſe intellexi. Utinam Romam mox veniat! Reſpiret! Mox ad iter Belgicum ſe accingat! Patre, matre, altero fratrum, alterâque ſororum extinctis, ab ipſo familiæ ſuperſtitis genio domum revocatur. Hac de re ad Illuſtriſſimum Tricaricenſem ſtatui ſcribere: humanitati tuæ eas proximè litteras commendaturus ſum. Vale. Lovanii, in Arce, Poſtrid. Eid. Majas, ꝏ. IↃC. XXXVIII.

EPISTOLA LX.

Leodium.

PETRO ALOYSIO CARAFFÆ,

Episcopo Tricaricensi, Nuncio Apostolico, posteà S. R. E. Cardinali.

LEONARDUM INGENRADIUM meum ex itinere salvum complexus sum. Deus proficiscenti adfuit, & Genii tui favor: quo se felicem fuisse, & fore gloriatur. Nunc Venlonam pergit, res familiæ, non uno funere, non uno infortunio afflictæ, inspecturus. Sic verò res humanæ sunt, turbari ac misceri natæ: in quibus plus semper noctis, quàm diei est: plus tempestatis, quàm malaciæ aut quietis. Tanquam navigemus, vivimus: sed ille verò meus, imò ille adhuc, & semper tuus, humanitatem tuam, velut cynosuram votorum omnium habet. Sic amatum fuisse, & adhuc amari, nunc magis absenti suave est. Dabit verò operam, ut tam benignum affe-

ctum

ctum etiam in posterum gratâ memoriâ, & jugi obsequio mereatur. Hac etiam fiduciâ ad Illustrissimum patrocinium cliens tuum confugiet, quotiescumque vel occasio invitabit, vel necessitas impellet. Ita enim Tricarico discessit, tanquam continuò maneat: ita in Belgio agit, ut reliquisse Italiam non videatur. Breviter ego ista, ad copiosam auream que epistolam tuam: sed, ut copiosus videar, librum de Bissexto adjungo. Vale Illustrissime & Reverendissime Domine. Lovanii, in Arce, III. Non. Feb. ∞. I Ͻ C. XXXIX.

EPISTOLA LXI.

Hercium.

GODEFRIDO WENDELINO,

Canonico Condatensi Temporum Vindici.

DEstinaveram scribere, & tuæ ecce adferuntur, tanquam gratiarum cupediæ. Legi, relegi quæ scribis, neque satiari potui. Æquè utinam igitur præsentem brevi te complectar! Hauriam! Meam si ætatem spectes,

toto tuam sexennio præcedo. Pridie enim Nonas Novembris Natalem meum sexagesimum sextum celebravi. Ut hæc etiam hyems gravior mihi fuit: ita aridi ferè sterilesque ingenii conatus. Cùm te videbo, solem meum, vernare incipiam: cùm Ecclipses, quas promittis, tuam pergam præ Sole lucem venerari. Cedent huic jubari noctuæ sæculi, & qui Principium Diei non ferunt, homines tenebriones, & malè feriati. Cum veteribus dicam, ἐξέχ ὦ φὶλ' ἥλιε, & ostende, nihil in veritatem nubes posse. An aliter cavillationes istas nominem? Maximè verò tua illa longitudinum constituendarum faciliorque ratio Doctos capiet, alios non nullos fortè cruciabit. Ab Hugenio nihil equidem litterarum, ac ne ad meas quidem responsum ullum accepi. Hæ ecce à SLINGELANTIO sunt, qui MERSENNII simul Phænomena magnetica ad te mittit. Quid videtur? Sed coram agemus? CHIFFLETII valent; JULIUS autem, ingenio jam patrissans, *Audomarum obsessum, ac liberatum* edidit. Bonum LANGRENUM negotia adhuc Aulica distrahunt, tui interim memorem & amantem. Ego fortunam meam fero, illud Hesiodi pensitans, πλέον ἥμισυ παντός. Æstiment immensas divitias avari, ut miseri sint: nobis licebit in mediocri-

mediocritate beati esse, pretium rerum usu metiri. Sapientiæ formula aurea placet: QUOD SATIS EST. Satis autem est, quod necessitatem excludit. Si quid optem, det Deus, ut tecum sim, vivam, philosopher! imò ut te moriens, vivum, florentem, & rerum mearum nominisque tibicinem relinquam! Ipsum munus meum tuo unius ingenio, eruditioni, industriæ debetur: munus litterarum, cui Matheseos Professio accedat. Hæc pro candore meo, tuoque merito, & publico bono. Nuperus terræ motus, plus minatus est, quàm nocuit. Sed hoc etiam naturæ prodigio opus erat, ut in malis publicis ampliùs timeremus. Sapientis est, rimari terræ indolem, & ad veras caussas sive concussionem, sive trepidationem revocare. Feci utcumque, certè conatus sum publicâ & geminâ in Auditorio nostro Trilingui Dissertatione. Occasionem quoque A. Gellius præbebat, quem explico, lib. II. cap. XXVIII. item lib. IV. cap. VI. utrumque enim locum conjunxi, ex Aristotele, Senecâ, Plinio, Plutarcho explicavi. Pheredicem non jam miror: & Putei nostri aqua in antecessum, odoris saporisque sulphurei fuit. An apud lubétes dixerim frequentissimus, attentissimusq; confessus uterque fuit. Sequi igitur mala possunt præsertim pestilentiæ, sequi non possunt,

 Hoc nobis

Hoc nobis det Deus, naturæ auctor, & te imprimis servet; in quo seu vivam, seu moriar, perennis ero. Si vivam tamen, de Natatu, de Ternario numero, de Nundinis, de Virtutibus & Vitiis, quæ scripsi producturus sum: ante omnia verò Bruxellam Septenariam, curiosum satis, ut Amici hîc judicant, opus. Videbis, ac statues. Reliquæ Epistolarum Centuriæ Scriptoris manum flagitant. Sed, si licebit, meam ad Fontes Doctrinæ Politicæ referam. Vale, vive, me ama: TUUM studiis Amicum, affectu fratrem. Lovanii, in Arce, Prid. Non. Majas., CIↃ IↃC. XL.

EPISTOLA LXII.

Romam.

GUIDONI BENTIVOLO

S. R. E. Cardinali.

SÆpè langueo, interdum corpore, ut ætas est, interdum animo, ut curæ se adjungunt. Facile interim silentium, ubi fiducia amoris. Hac etiam peccare ausim, & non offendere. Amantem ego, etiam cùm non scribo, vene-

ror: volenti sæpè etiam deest, quod scribam. An de studiis? Majora meditor, quàm molior. Hei mihi, quot remoræ! Litteras tractare, difficultatis argumentum est: & hoc satis, ut conditionem meam explicem, quam totam hic Gener meus D. LAZARUS BONVICINIUS vir genere, & magis etiam ingenio nobilis, patriâ Mutinensis, repræsentabit. Plures in Belgio annos egit, res magnas tractavit, aut investigare potuit, Pacis artes, & simul belli complexus. Cùm Palladē coleret, Martis etiam munia sustinuit, liberam trecentorum militum cohortem duxit, continuus semper, fidusque Magno illi CANTELMO, quem jam Summum Militiæ Præfectum habemus, Achates fuit. Filia illi mea EUGENIA in uxorem placuit: eumque à Principe suo, & luculentâ conditione domum vocatus, secum abduxit. Voluisset & me, quem mœstum sanè reliquit: & adhuc vellet, pro magno affectu suo in me, & Litteras, si occasio affulgeret. Quidquid sit, excurrere Romam è Patria statuit, de his aliisque rebus agere, Eminentissimas virtutes Tuas coràm, etiam nomine meo, venerari. An igitur sine tessera veniret? Alios commendare soleo, hunc maximè debeo, quia prudentiâ, doctrinâ ornatissimum maximè cupio, quia meum. Meus Gener est,

Filii instar; Tuus ille, Eminentissime Domine, cultor erit, & obsequia Filii exprimet. Vale, vive, & perenni Historiæ famâ superstes diu fruere. Lovanii in Arce, Postridie Eid. Maii. ∞. IↃC. XL.

EPISTOLA LXIII.

AntVerpiam.

JOANNI MANTELIO,

Ord. Eremitar. S. Augustini, *Philologo, posteà S. T. D.*

AMo, ita me Deus, Genium tuum, mi MANTELI, in floridis & amœnis nuper serium, in seriis nunc amœnum. Ludere mihi videris, cùm doces, ut lectorem allicias; docere, cùm ludis, ut cum fructu occuperis. Itaque Emblemata tua, verè Emblemata sunt, & argumento suo dignissima: augusta, quia D. AUGUSTINUM à caligine ad lucem, à luto ad aurum venientem, & toto jam Deo plenum exprimunt. Ars Artium sive de Regimine Sanctimonialium Diatribe, titulo severa est, & quasi morosa; sed tot ridet, ut sic dicam

dicam, gemmis, in quot capita, addo, in quot Paragraphos distincta. Si doctrinam totam, quâ constat, expendam, utilis est, & è prudendentia ac simul pietatis semine oritur, gratâ & fœcundâ quâdam mixturâ: si eloquium & colores, ad elegantiam & Majestatem Antiquorum Antistitum accedis. Perge igitur, & reliquas hujus argumenti partes, jam prope, ut scribis, affectus, absolve. Ita enim, quem amo Genium Tuum, venerari incipiam: tu verò una Artium Arte omnes complecteris. Vale, Lovanii in Arce, III. Eid. Augusti, ∞.IↃC.XL.

EPISTOLA LXIV.

NICOLAO HUYNIO,

S.Th. Doctori, Philologo, & Carmelitarum Priori.

Corpore domum redii, animum apud te reliqui, tot vinculis colligatum, quot benevolentiæ signa sunt; tot affixum clavis, quot humanitatis officia. Nolo meus esse, cùm sic tuus sim. Alterum enim me in tuo invenio pectore, quia divisus sum: divisus autem, ut

arctiori nexu conjungar. Sive tuum igitur affectum expendam, abesse non videor: sive meum, non possum. Uterque à Litterarum studiis est, quæ cùm tuæ deliciæ sint, meæ simul divitiæ fiunt. Æstimantur à Candidissimo virorum HUYNIO libri & labores mei; quomodò non felix sim? Ab uno, qui cùm instar multorum sit, paucos deinceps non satispropitios, vel feram faciliùs, vel etiam negligam. Tuus candor maximum mihi semper lumen erit: si quid hinc inde ab aliis umbræ ad incrementum splendoris faciet. Inter homines vivimus, & ego vel maximè homo sum, & ingenii angustias profiteor. Itaque si magnam à viribus non potero, aliquam à bono conatu laudem expectabo. Hunc ut in hisce quos jam mitto libellis examines, rogo; & ut me magis, si id fieri possit, ames, qui jam totum possides: qui, quia animum meum habes, quicquid meum est, simul habes. Vale, & Summum Eximiumque V. Patrem à S. VICTORE à me saluta, ad quem proximè cribam. Lovanii, in Arce, x, Kal, Septemb. ∞. IↃC. XL.

EPISTO

EPISTOLA LXV,

Ipras.

ANTONIO SANDERO,

Canonico & Scholastico Iprensi.

Ἐρογάρια tua cum litteris accepi: illa laudo, tuam quoque industriam, quâ non optima tantùm, sed utilissima complecteris ac promis: has amo, & meras Amicitiæ nostræ delicias habeo, cùm & me tibi, & mea videam æstimari. Ego, ut omnia dicam, Tuus sum: mea verò luculentâ velim editione, ut suades, omnium facere; ut sic modo etiam peculiari tua fiant. Multa sunt, & nonnulla etiam inter schedas latent; temporum vitio, quæ ut aliis multis rebus, ita maximè Litteris infesta. Cum Moreto quoque actum: qui non declinat operam, sed differt. Mens verò mea erat, auspicari à Sacris, ut reliqua ordine tomisque distinctis succederent. Arati est, 'ΕΚ Διὸς ἀρχώμεσθα quid ni usurpem? Etiam in Philologiæ hac palæstra Principem sibi locum τὰ πρεσβεῖα vindicat; ut vel piam eruditionem

ditionem, vel eruditam pietatem faciamus. Tuo exemplo utor: cùm eruditus esses, à pietate exorsus es; & quia sic exorsus, nihil deinceps tibi in eruditione grave fuit. Chorographia Flandriæ quantum opus. Prodeat, prodeat; ut & hîc te Magnum omnes videant, admirentur, ament, qui parvus nunquam fuisti. DE BRUXELLA mea SEPTENARIA (hic titulus est) quid dicam? Parata est, & quas quoque imagines exspectat. Quæ ad Agrum faciunt, quidni tua sint? Scis me, & novo affectu profiteor TUUM esse. Lovanii, in Arce, VI. Kal. Novemb. ∞. IↃC. XL.

EPISTOLA LXVI.

Mechliniam.

NICOLAO HUYNIO,

S. Th. Doctori, Philologo, & Carmelitarum Priori.

O Melleum pectus tuum, & totâ humanitate perfusum! Delicias scribis, divitias mittis, ut nesciam plúsne in calamo tuo dulcedinis

dinis sit, an pretii in munere. Gemmæ epistolę sunt, gemini libri: accedit χᾶνος, sive mela è sale ludico concreta, quâ condere, ut sic dicam, epistolas, grandire libros voluisti. Quid repono igitur? Animum amore tui plenum: quem ut semel dedi, ita nunc mancipo, & in tam bonæ amicitiæ vinculis felicem me profiteor. Tu verò mihi Unus & Omnis eris, & quia candidissimâ censurâ Bissextum admittis, omnium annorum meorum labores faxo aliquando recipias. Pignus nunc habe, hoc non meum opus: sed quia Epistolicum est, quia Apostolicum, quia recenter editum, argumento, nomine, novitate ipsâ placebit. Mi Pater, te rursus quando videbo? Te decus & solatium meum quando complectar? Ad te excurri nuper: tu quæso vicissim & brevi ad me, & amœnis his adhuc anni reliquiis in Arce nostra fruere. Hîc me, quem tecum semper habes, magis etiam invenias. Tuum, terque quaterque tuum. Lovanii, eodem quo missum tuum momento accepi: iv. Kal. Novemb. ∞. I Ↄ C. XL.

EPISTO-

EPISTOLA LXVII.

Antverpiam.

JOANNI TOLENARIO,

Societatis JESU *Præfecto Provinciali.*

CLEMENTIS ad Corinthios Epistolam mitto, dignissimam oculis tuis & doctrinâ, quia CLEMENTIS. Quantum ævi, tantùm pretii. Argumentum autem, quia Concordiæ & Pacis, omnes omnino Christianos ad jugem lectionem invitet: qui nisi Pacem, relictam sibi à CHRISTO Religionis tesseram ament & æstiment, nominis sui non videantur dignitatem tueri. Hos omnes ego ausim, magno tuo, & Societatis hîc tuæ exemplo, ad vera & sic tranquilla Pietatis officia excitare: venerari viros Dei, qui, ut scripsit CLEMENS, sciunt vivere, scribere quin etiam ut ille vixit. Dixero, in Sanctissimo hoc cœtu plures jam CLEMENTES esse; plures à te, hac appellatione dignissimo, ad pacem & concordiam

diam planè Apoſtolicam regi. Cæterùm intimum de ipſo libro judicium tuum tam libenter intelligam, quàm avidè in vanitatis ſpeculo, divinis ingenii tui radiis illuſtrato, Eccleſiaſten dilucidatum contemplor. Si poſt ſeveritatem verò robuſti ferculi πέμμαλα admittis, ludentes has Gnomas meas vide; Muſæ, inquam, Belgicæ quaſi ἐπιδείγμαλα quædam, vitæ humanæ adaptata. Fuêre, qui me Italum & Inſubrem arbitrati ſunt: ego, an Belga eſſem, experiri volui; indicare ingenio Solum Patrium, idiomate vindicare. Belga ſic igitur, & Belgicâ fide, ut linguâ, affectum, cultum, obſequium offero. In Arce, I v. Eid. Novemb. ∞. I Ɔ C. X L.

EPISTOLA LXVIII.

Mediolanum.

PAULO SFONDRATO,

Congregationis S. Pauli.

QUâ tandem fronte exuberantes iſtas laudum formulas admittam? Sub affectu laborat encomium, qui per litteras elegantiaſ-

que

queîn me derivatur. Has amas, ô Civium tuorum decus! & sic me amas, creperâ adhuc studiorum luce circumfusum. Si quid nominis, in Amplissimâ Urbe vestra enasci propitiis aliquando Musis cœpit, favore imprimis Illustrissimi Parentis tui τȣ μακαρίτȣ, irrigatum. SFONDRATUS erat; ne mirer, in filiis eundem elegantiarum genium vigere: filios dedit, in quibus ipsum quodammodo parentem colerem, ætate nunc alius, idem felicitate. Sed frater tuus Belgicæ Militiæ clarum sidus, armatus ad Litteras descendens, me quoque singulari humanitate complexus est: Belgam dicam, an Insubrem? Cùm sic erigi possim; tuâ nunc magis benevolentiâ surgo & recreor, scriptione prorsus aureâ ditor & obstringor. Ut omnia dicam, TUUS sum; mea etiam, si tanti sunt, cupio esse tua; collecturus & missurus, quæ recentia sunt, tanquam meliora: primùm Sacra, ut pietati tuæ; deinde reliqua, ut eruditioni satisfaciam, eloquii securus, si argumenta, quæ tractavi, approbabo. Unum, quia Insubricum, excusare plura poterit: audebo verò uno illo inter Insubres nomen meum inter tuos SFONDRATÆ gloriæ cultum profiteri, peculiari ratione & pietatem tuam & eruditionem semper veneraturus. Vale Lovanii, in Arce, Postrid. Kal. Majas, ∞. I Ɔ C. XL I.

EPISTOLA LXIX.

Lovanii.

BRANDANO CONORO,

Minoritæ Hiberno, Philologo.

MEræ mihi deliciæ litteræ tuæ, mi BRANDANE, & velut calentes Amoris notæ. Quomodò breves verò? Fœcundus enim ipse Amor. Quomodò rudes? Ingeniosus, suisque semper gratiis stipatus ac florens. Multa paucis potes scribere, & sic positus es: imples paginam, & sic tamen, quia non exples affectum, brevis tibi videris. Ausim & tuo ego exemplo brevis esse, ut multa scribere; non rudis, ut elegantissimum tuum sequar ingenium, desiderio verò Illustrissimi Ardmachani obsequar. Magnus ille profectò Vir est, qui, cùm sedulus omnis sit humanitatis, etiam ad sublimia cœli studia mentem attollit. Hoc sanè est, inter homines esse, inter astra vivere; non tempora modò, sed æternitatem complecti. Aliquo illi loco Dissertationem meam de FLAVIA DOMITTILLA haberi

beri? Momenta novitatis hujus (si ita appellanda est) è bonis & antiquis accepi Scriptoribus; qui in ipso libro laudati sunt, & commodè explicati: sed investigandi occasionem ab Amico, qui cum ipsis aliquando Nonis Maii (quo die Solennitas DOMITILLAE celebratur) per amœna Urbis spatia ambulabam. De nomine & magis re ipsa interpellatus, responsum tunc meum à sermone ad scriptionem transtuli, ab amœnitate ad serium & otiosum examen. Sic quidem Opusculum hoc natum est, excusum, & tanquam placeret, subitò distractum. Ecce, ut vel unicum nunc habeatur exemplar, laborandum est. Ejus igitur loco Dissertationem de Pharmacopoliis substituo: recentem adhuc, & si epistolam pateris vel ut navem esse, saburræ loco. Quidni verò patiaris? Levior enim est, nec poterit nisi per mare ad te venire. Quæ de Diluvio Clarissimus Vir GODEFRIDUS WENDELINUS, congesserat, nondum emergunt. Nunc morbis impeditus, nunc curis. Desino igitur: & te amare pergo, cujus absentis desiderio torqueor. Quando venies? Quando suavi & prorsus melleo sermone tuo iterum fruar? Si adhuc mora, scribe quæso, ut valere te sciam, & mei memorem esse, toto jam Orbe, ut sic dicam, divisum:

ſum : ſcribam ego, quamvis ſciam. Vale, & Illuſtriſſimum Ardmáchanum nomine meo venerare : ad quem propediem aliquid librorum meorum tranſmittam. Adhuc vale. Lovanii, in Arce, IV. Non. Jul. ∞. IↃC. XLI.

EPISTOLA LXX.

Antverpiam.

MICHAELI HOYERO,

Ord. Erem. S. Auguſtini *Philologo.*

MAgnum exiguo volumine munus accepi Doctiſſime HOYERE, THEODORAM, SUSANNAM, CAMMAM, Tragœdias, & MISCELLANEORUM, ut ſic dicam, Silvam. In illis & argumenti, & dictionis majeſtas eſt: talis omnino, ut priſcum Cothurnum provocet. In hiſce amœnitas eruditionem variam & elegantiam complexa. Si pro ingenio tuo typi ſint (nimis hîc quidem minuti) jam & majeſtatis pondus & amœnitatis pretium ipſa quoque libri forma habent. Sed maluiſti in manibus hominum quàm pulpitis eſſe; legi quàm

recondi: ut sic tamen ad Bibliothecas venires, locum, quamvis parvus, magnum invenires. Sed in mea tu quidem jam mihi magnus es, parvamque possis magnam facere, ornare, illustrare. Ita ex animo dico, & te totum complector animo, in te Musas, gratiasque omnes: quæ, ut tuæ sunt, ita & librum comitantur. Vale, in Arce, Nonis Juliis, ∞. IↃC. XLI.

EPISTOLA LXXI.

Coloniam.

FABIO CHISIO,

Episcopo Neritonensi, Nuncio Apostolico, cum potestate Legati à latere: nunc ALEXANDRO VII. *Pont. Opt. Max.*

QUantum ingenio meo, in Litterarum studiis occupato tribuis, animo velim & vitæ obsequio promereri. Non obscurum esse, minus est, quàm tuum esse, & à te amari. Quem enim amas, tuum facis & illustras. Hos sensi radios, scribente ad me LEONARDO meo,

meo, & cùm maximè respondere vellem, usurpavi gaudia, sed officia distuli; felix, ita me Deus, ut infelix tamen essem. Ubi desiderium, par etiam impedimentum fuit; & qui publica rerum fata accusare possum, magis mea privata. Hæc ferre incipiam, si humanitatem tuam non offendi: sæpiùs scribere, si familiaritate non peccabo. Dignitas mihi tua Purpuræ proxima, ante oculos est, & terret; Eruditio gratiis stipata & allicit. Sed quia altera in negotiis est, & curas habet; altera in studiis, & remissiones: non ubi impediris, sed ubi oblectaris, accedam. Non etiam litteris meis negotia, sed studia allaturus. Ita nunc auspicii velut caussâ brevem istam de Pharmacopoliis Dissertationem mitto, tanquàm longiorem epistolam faciam: animum verò ingenii velut pignore humanitati tuæ obstringam. Vale, Illustrissime & Reverendissime Præsul, & me ama. Lovanii, in Arce, III. Eid. Quinct. CIϽ. IϽC. XLI.

EPISTOLA LXXII.

Coloniam.

N... MACHIAVELLO,

Patriarchæ Constantinopolitano.

IN Ubiis invenit Romam, alteramque Romam Constantinopolim LEONARDUS meus, postquàm in familiam tuam admissus est, Virtute nescio, an dignitate illustriorem. Virtus Romana est, & hanc Romanus æstimavit Pontifex, cùm ad Comitia te Pacis plenâ cum potestate mittteret, seipsum quodammodò repræsentans: Dignitas Constantinopolitana, cùm ut inter Summos esses, & post Eminentissimos resplenderes, Patriarcham crearet. Transalpinam Virtutem, transmarinam Dignitatem Germania admirata est, & ad novam publicæ tranquillitatis spem fiduciamq; surrexit. Nos Belgæ, Germanorum genus, & continuo hactenus belli turbine jactati, venientem quasi malaciam in tuo nunc jubare adoramus. Aderit Deus, & duros mollier partium animos: tuam autem in præmium

virtutis

virtutis ad Purpuræ ſplendorem, Dignitatem attollet. In nomine omen eſt. Furialis enim diſcordiæ machinas, quia MACHIAVELLUS es, avelles. Regio donandus cultu & colore, cujus auſpiciis conſiliiſque ad fœdera Reges venient, Populi ad felicitatem. Ego interim privato affectu, Virtutem quam dixi, & Dignitatem quam dixi, veneror. Privato, inquam, affectu, familiari obſequio, & tanquam in LEONARDO meo tuus ſum, ejuſdem contubernii ac Laris; imò tanquam *BONVICINIVM* meum exprimam, qui litteris ad me ſuis laudes celebrare tuas non deſinit, tantò verior, quantò liberior ac jam remotus. *LEONARDVS* cognatus mihi eſt; *BONVICINIVS* gener; ſed utrumque poſſum filium appellare. Alter in familiam & domum tuam vênit, alter in amicitiam & familiaritatem: ego quantum alterius cauſsâ debeo, alterius gaudeo; & me utriuſque Benignitati Tuæ obſtrictum atque conſecratum ſcribo. Vale, utriuſque Romæ decus, & quia noſter es, nos quoque dignare tuos eſſe. Lovanii, in Arce, III. Eid. Julii. ∞. IↃC. XLI.

EPISTOLA LXXIII.

Coloniam.

FABIO CHISIO,

Episcopo Neritonensi, Nuncio Apostolico, cum Potestate Legati à latere; nunc ALEXANDRO VII. *Pont. Opt. Max.*

NUperis litterarum deliciis tempestivum, fateor, responsum debebatur: dilatum verò, ut è novo studiorum proventu paucas adderem paginas, in specimen majoris operis adornatas. Nunc igitur non epistolâ tantùm sed elogio scribendi vices exprimo: quo RUDOLFI Imperatoris vita breviter comprehensa est. Non potui majus à Repub. argumentum sumere, nec debui minus. Nam & fortunam AUSTRIACORUM summo loco Virtus collocavit; & sequi hanc fortunam calamo ausus sum, ut ingenium attollerem. Feliciter, an infeliciter, tuo sanè judicio discam. Tuo, inquam, quod tanquam summum, imò

imò tanquam unum instar omnium venerabor. Sive dignitatem Tuam, sive Virtutem, sive Doctrinam respiciam, decus ubique es, & quasi lumen, è sublimi ad litteras omnes elegantiasque descendens. Hoc cùm subibo, tenebras meas discutiam, sine errore intellecturus, laudem an labem merear. Quid altera nunc epistola? Amoris & favoris tessera est; quia certè ad familiaritatem, imò ad beneficium vocor. Cum nostris igitur hîc Amicis egi, ut documenta, quæ petis, obtinerem: sed nihil præter hanc schedam potui. De fide dubitandum non est, nisi liber ipse, quem inspexi, fallat. Ad me verò quòd attinet, in Arce hîc, & sejunctus ab Urbe vivo, & studia mea muniis Regiis tracto, quietem & tranquillitatem *LARE SECRETO*, sequor. Munus meum publicum est, sed à negotiis rebusque Academiæ alienum. Arx in colle amœnissimo sita, Urbem totam, ut sic dicam, despicit: olim principum sedes, nunc Musarum ac Palladis; industriâ ac curâ meâ è ruïnis instaurata, à me & uxore ad liberos, Præfecturæ titulo transitura. Aër purissimus ac saluberrimus; aqua optima, & admiranda, reliqua omnia ad magnificentiam & amœnitatem facta. Feliciùs sanè habitare non possim. Nam, quòd vivo & valeo, à loco est: & bene

ſic quidem ætatem ipſam fero. Quid dicam, niſi cum Poëta dicam:

——————*Deus nobis hæc otia fecit.*

Idem quoque te Deus, illuſtriſſime & Reverendiſſime Præſul, viventem ac valentem diu ſervet. Lovanii, in Arce, Nonis Novemb. ſive poſtrid. Natalem meum LXVII. ∞.IↃC. XLI.

EPISTOLA LXXIV.

Antverpiam.

MICHAELI HOYERO,

Ord. Eremitar. S. Auguſtini, *Philologo.*

ETIAM ad delicias venis? Laudem qui meretur, nullam debet gratiam. Atque ego, epiſtolam tuam totam melleam, velut humanitatis mantiſſam accepi; niſi Amoris malim teſſeram appellare. Sed ſemper Amor humanus eſt, ſemper Amoris aliquid ipſa humanitas habet. Niſi amares, non ſic ſcriberes; niſi humanus eſſes, non ſic amares. Ecce, ut Amorem

Amorem tuum æſtimem, & ipſe ſcribo; ut humanitatem, ingenii ſimul munuſculum mitto, cùm ampliùs quàm epiſtolam debere videar. Pars iſta ac Principium THEATRI eſt HEROICI, quod paro, & in quo AUSTRIACI Orcheſtram faciant. RUDOLFUM verò eſſe ſpecimen aliorum volui; unum omnium, quos unus ille dedit. Si tuum nunc peto judicium, deferam eruditioni, quantùm deferendum eſt; tu ſi prompſeris, pro Amore & humanitate facies. Vale. Lovanii, in Arce, Pridie Magnum Natalem Dei Hominis, ∞. IϽC. XLI.

EPISTOLA LXXV.

Coloniam.

LEONARDO ENGENRADIO,

Cognato ſuo, & Sereniſ. Electori Colonienſi à Sacris, nunc & Canonico Bonano.

LItterarum hactenus parcus fui, ſolitis quas nôſti curis atque ſcriptionibus impeditus. Hinc & interdum langueo, tanquam

ætati

lites, ego litteras: judicent alii, mihi docere ſuave erit, ſive vocem, ſive ſtilum occupem, prolixiùs etiam, quæ parata ſunt ingenii opera, aut parantur, in lucem producturus. Arte omnia, BRUXELLA erit SEPTENARIA, etiam imaginibus, ut mos eſt ſæculi, illuſtranda: non vaſtum quidem volumen, ſed varium & curioſum. Nunc pauca iſta Epigrammata, ſed Belgica vide, mantiſſæ loco reliquis adjecta. Dum nihil ago, hoc ago: manè, inquam, dum veſtes ſumo, dum comam compono, dum manus faciemque lavo, & ad ſtudia velut accingor. Hoc præludio videor interdum animoſior eſſe: ut audeam Latinè, quæ vernaculè minùs ſuccedunt. Vale, & Clariſſimum ABUNDANTIUM plenum Apolline virum ſalvere jube: me & meos ama, qui te omnes. Vale iterum, & vel nunc maximè meum illud σπεύδαιως uſurpa. Lovanii, in Arce, XVIII. Kal. Feb. CIↃ IↃ C. XLII.

EPISTO-

EPISTOLA LXXVI.

Coloniam.

FABIO CHISIO,

Episcopo Neritonensi, Nuncio Apostolico, cum potestate Legati à latere; nunc ALEXANDRO VII. *Pont. Opt. Max.*

ACcuso manum: animum profero, ne quid peccâsse longiore hactenus silentio videar; humanâ prorsus epistolâ tuâ, divino Carmine provocatus. Ita me Deus, sæpiùs volui scribere; sed nunc valetudo, ex intervallo iniquior; nunc curæ, quæ meræ cruces sunt, intervenêre. Officium sæpiùs dilatum, facile deinde omitti solet, donec luculentiore occasione instauretur. Sanè cùm hunc viderem è Societate JESU Virum & à Te venientem, ita motus sum, ut mutus steterim; ipso silentio confessus, quomodo deliquissem. Satis nunc quidem scribo, cùm hoc scribo: & quia verecundia epistolam impedit,

Elogia

Elogia ista pauca mitto, ut totidem quasi epistolas faciant. Si ita legeris quoque intelligam adhuc me tuum esse; hæc mea, quæ publica sunt, etiam privatâ ratione placere. Ita nunc vale, Musarum Sidus, Elegantiarum Decus, ac Dignitas; & si animum meum amas, etiam manum absolve. Lovanii, in Arce, XIII. Kal. Novembris. ∞. IↃC. XLII.

EPISTOLA LXXVII.

Romam.

FRANCISCO BARBERINO,

S. R. E. Cardinali.

FAcilè induci potui, ut publicum Belgarum desiderium ac votum meis etiam verbis exprimerem, & Eminentiæ Tuæ commendarem. Cupiunt uno omnes quasi animo, flagitant uno quasi ore, ut Martyres Gorcomienses, quorum jam caussa agi cœpit, ad publicum Beatitudinis cultum admittantur. Strenui isti Athletæ honore illo dignissimi sunt, cœlesti sanguine suo testati constantiam verè Christianam; sed in exemplum proponen-

proponendam, ut Bonorum & Catholicorum pietas, erigi ac confirmari possit, Malorum & Hæreticorum furor reprimi & confundi. Quemadmodum, tempora hæc nostra sunt, bella, pericula; istis etiam apud Deum Patronis Belgæ indigent, istis Defensoribus; qui semel victores sui & hostium, non possunt non Beati esse, & in cœlo triumphare. Fave igitur, Eminentissime & Reverendissime Domine, Pietatis ac Doctrinæ Patrone, fave, inquam, tum Belgis omnibus, tum peculiariter mihi, publicum Belgarum desiderium & votum piè exprimenti. Ut rerum aliquid mearum simul mittam, quatuor hæc Elogia PHILIPPORUM, Hispaniæ Regum, adjungo, partem majoris operis, & scripti & scribendi: quod THEATRUM HEROICUM appello. Vale Ecclesiæ Magne Heros, & me ama. Lovanii, in Arce, VI. Kal April. ꝏ. ƆC. XLIII.

EPISTO-

EPISTOLA LXXVIII.

Coloniam.

ANTONIO MARIÆ REITÆ,

Mathematico Capucino.

IN toto Doctissimorum hominum cœtu, aliis alii hodie titulis Clari sunt, & tanquam faculæ quædam in terra tenebrisque lucent: te ob dium ingenii ignem non possum nisi Solem, imò Solis Solem, siderumque sidus appellare. Divinâ complexus mente, quicquid in cœlo continetur, post contemplationem, & veterum & recentiorum, ad legem, ut sic dicam, astra revocas, & quicquid vel erraverint plures, vel ignoraverint, ostendis. Discimus igitur simplicissimum, & sic maximè admirandum cœlestium globorum motum esse: aliis distingui centris, gyrisque, quàm hactenus observatum, aliis intervallis, spatiis, temporibus absolvi. Cùm nuper tot Arcanorum Schematismum tuum perlustrarem; & Auctoris ingenium, & operis miraculum attonitus obstupui. Nimirum in

alio prorsus mundo, atque adeò incognito, errare, sed sine errore cœpi, ut ipsa sidera; & quia oculos hîc inveni, cœcum antea me fuisse fateor, esse etiam, qui novis tot luminibus perstringor. Quatuor Medicæa GALILAEUS, sed ingenio Belgarum invenerat: tu quinque Austriaca, (& quidni sic voces?) Sed tuo, nisi hîc tamen aliquid etiam WENDELINO nostro tribuendum censeas, Viro non ad cœlum modò, sed in cœlo quodammodò nato. Miratur ille, & ego certè miror, transverso & planè prodigioso tramite, sidera illa Jovis, illa tua, nunc versùs Saturnum, vel ut Legatos ire, & in apogæo quasi occultari; nunc redire ad Regem suum; nunc ad Martem, vix minora Marte progredi. Satísne igitur hæc explorata? An firmiore observatione opus? OCULUS ille tuus, ille naturæ quasi loculus, plenam fidem adferet: ille qui summa & occulta capit; qui multum Dei, quia cœli. Permittin, ut dicam? Ad Deum adscendis quia ad templa, illa Dei. Et permittin? Universum tecum Ordinem simul tuum attollis; qui cum in terra nihil habeat terræ, totus Dei, quid sit cœlum, te monstrante, & in ipso cœlo intelligit. Ita scribo, ita sentio; te amo, industriam tuam laudo, opus exspecto. Novum simul si Telescopium publicaveris, &

ris, & nos videre sidera tua incipiemus. Vale. Lovanii, in Arce, Prid. Kal. April. ∞. IↃC. XLIII.

EPISTOLA LXXIX.

Antverpiam.

JOANNI MANTELIO, *Posteà S.Th. Doctori*,

ET

MICHAELI HOYERO, *Philologo.*

Ord. Eremitar. S. Augustini,

UNus vos liber capit, Doctissimi PATRES; an & una Epistola? Liber, qui vester est: Epistola, quæ mea. Ut compendiò scribam, sic scribo; & alterius Suadam, alterius Musam veneror, aliquid mæroris à vestro mœrore trahens. Lugetis Doctum, Lugetis Pium: quo nomine ille, & vester est, & omnium. Sed modus sit & suadæ & Musæ. Qui vixit, lege naturæ mori debuit: qui sic vixit, cœlum meretur. Nónne hoc dicis, ô

MANTELI, qui orationem pangis? Nónne hoc canis, ô HOYERE, qui carmen? Illam, & hoc legi; flores utrobique, prorsus tanquam in funere sparsos, nec perituros. Semper vivent, quia ingenii sunt: vos semper, quia ingenio. Meum nunc ego his Elogiis exprimere conatus sum, & PODIUM PHILIPPICUM nominavi. Sed an meo & ego victurus sim, aliorũ, & imprimis vestrum erit statuere: quorum certè judicio lubens tantùm tribuo, quantùm Suadæ & Musæ. Valete. Lovanii, in Arce, Prid. Non. April. ∞. IↃC. XLIII.

EPISTOLA LXXX.

Mechliniam.

NICOLAO HUYNIO,

S. Th. Doctori, Philologo, & Carmelitarum Priori.

NUNC igitur quas ferre decreveram fabulas Æsopi Phrygis mitto, olim inter Sapientes quoque habiti, imò celebrati. Exiguum munusculum est: & tu exiguum esse electione voluisti. Interim magnum est, quicduid

quid à te æstimatur. Videntur illa, quæ manu contineas, etiam mente faciliùs comprehendi; quando facile pretium est, nec mole oculi percelluntur. Sic equidem passus sum, hanc de Anagrammatismo Diatribam, & formâ, & typis contrahi; ut si quis parvum videat librum, desinat malum appellare. Hæc Callimachi opinio erat, nec omnino aberrantis: quasi vix contingat, & magnũ, & simul bonum dari. Sed an in parvitate hîc quidem bonitas sit, tuum erit statuere; qui cùm doctrinâ magnus, virtute tamen bonus sis; Musarum tuarum delicias, libros parvos habes, ut plures habeas, & ad compendium quoque ducas Bibliothecam. Tu nunc Optime Doctissimeque *PATER*, inspice hunc non librum, sed libellum, ac perpende, an parvitatem mereatur. Neque enim omnia, quæ parva, parva sunt: quædam etiam eisdem litteris prava fiunt. Ecce non possum sine Anagrammatismo de Anagrammatismo agere, non possum sine amœnitate amœnitatem commmendare. Si tibi bona sunt, quæ hîc parva; magna molem æstimantibus erunt. Sic nunc calamum tollo. Quia parva placent, ne majorem quidem epistolam desiderabis. Vale. Lovanii, in Arce, VII. Kal. Maji. ∞. IↃC. XLIII.

EPISTOLA LXXXI.

Coloniam.

FABIO CHISIO,

Episcopo Neritonensi, Nuncio Apostolico, cum potestate Legati à latere; nunc ALEXANDRO VII. *Pont. Opt. Max.*

HActenus ingenium & eruditionem tuam, nunc magis etiam animum & constantiam admiror. Sanari dignus eras, qui nec vitæ periculum exhorruisti. Exhorrui ipse cùm periculum legerem, cùm dolores â sectione calculi, & pertinaciam vulneris, ægrè convalescentis. Hæc verba tua erant; atque interim, quia manum in literis & expressum manu affectum mei vidi, recreari potui. Tanquam & mihi convalesceres, citiùs offers humanitatis officia, quàm statuere de Te ipse possis. Et quomodo igitur satis jam gratus sim? Aut prolixè satis profitear me obstrictum esse? Det Deus, ut quia Elogia scribo,

& tuum

& tuum, in ſuprema aliquando Cathedra conſtitutum, exprimam! Cujus vel unius cauſsâ etiam è Sacro Ordine Heroës in THEATRUM meum inducturus ſum, ſi quid otii vel vitæ erit. Seneſcere incipio, annum nuper ingreſſus ſexageſimum nonum: tot ſimul moleſtiæ, curæ, cruces ſunt; ut non uno laborare calculo videar. Hæc ſors mea, imò ſtudiorum: quæ proinde frigidiùs tracto. Ne ceſſarem verò, hoc nunc *ORCHESTRÆ BVRGVNDICÆ PODIVM PHILIPPICVM* addidi, in quo PHILIPPOS, Hiſpaniæ Monarchas, legas. Mittam mox etiam, ut recreeris *DE ANAGRAMMATISMO DIATRIBAM*, puſillum opus, ſed amœnioris commatis; à quo tamen nec ſeria aliena ſunt. Vale, vive, & me amare perge. Lovanii, in Arce, IV. Kal. Majas. ∞. IↃC. XLIII.

EPISTOLA LXXXII.

Bruxellam.

ANTONIO BICHIO,

Abbati S. Anastasiæ, Belgicæ Internuncio, nunc S. R. E. Cardinali.

PINACOTHECAM accepi, gratum munus, quia à tua mihi benevolentia missum, quia ab Auctore illi Viro, Antistiti Heroï inscriptum, qui propinquitatis gradu maximè vicino te contingit, & cui homines ævi nostri, litteræ, virtutes assurgunt. Imaginem ejus, ut vidi, veneratus sum, in imagine tot dotes, quot in unum vix hominem cadunt. Quid reponam igitur? Libellum istum de Anagrammatismo, vix etiam munusculi nomine dignum. Ut pignus esse velis, rogo, donec majoris momenti volumen mittam, & ut me mancipio tibi addictum arbitrare. Si grave non est, suggere quæso, quis ille SANUS NICIUS ERYTHRAEUS sit, Pinacothecæ hujus Auctor,

Auctor, & quod verum ejus nomen: fictum enim esse, quod præfigitur, prorsus mihi persuadeo. Ab Illustrissimo verò Avunculo tuo litteras sanè lætas accepi, è quibus quanto periculo liberatus sit, intelligere potui. Respondi quoque, & simul, ut aliquid mitterem, hanc etiam Diatribam, quasi in oblectamentum misi. Vale Reverendissime Domine, & hoc Vere nos vise, ut in Te quoque imaginem Illustrissimi Chisii, nunquam satis laudandi, venerer. Lovanii, in Arce, Prid. Kal. Maii, ∞. IↃC. XLIII.

EPISTOLA LXXXIII.

Coloniam.

FABIO CHISIO,

Episcopo Neritonensi, Nuncio Apostolico, cum Potestate Legati à latere; nunc Alexandro VII. *Pont. Opt. Max.*

Summos Viros Malvezzium & Palavicinum miror, te veneror,

Magne Antistes, qui ut Summus esses, ad extremum Te vitæ periculum demisisti. Hoc erat sæpiùs mori, ad vitam per tot cruciatus postliminio reverti. Ab Amicis virtutis consilium fuit; à Te exemplum. Suadere illi, ut compendio sanitatem quæreres, potuêre: tu pati, & periclitari, ut totum te Amicis committeres, vitam & mortem eodem loco haberes. Sed Deus adfuit, & quia te dignum Deo feceras, superesse voluit; ut aliquando inter homines Deo proximus fieres. In argumentum Latinissimos illos versus tuos sic dictatos sumo: quos non possum nisi divinos appellare. Jam verò quòd Elogia mea PHILIPPICA ad laudem attollas, nimis humanum est: quo tamen sive affectu, sive judicio animatus, intendam ingenium, ne quod reliquum est ætatis suo frigore sterilescat. Nescio tamen, an istâ, de ANAGRAMMATISMO, DIATRIBA juvenilem in modum incaluerim. Irasci potui & amœnus fui: prorsus, ut luderem, non læderem. Sed si tanti libellus est, inspice; & tuum sine pariter Nomen ad Anagrammatismum duci; à quo lumen accipiam. Vale Illustrissime & Doctissime Antistes, & feliciter, superato vitæ periculo, vivere incipe, meque amare perge. Lovanii, in Arce, IV, Eid. Majas. ∞ I Ↄ C. XLIII.

EPISTO-

EPISTOLA LXXXIV.

AntVerpiam.

ANTONIO MARIÆ REITÆ,

Capucino, Incomparabili Cœlorum Interpreti

SOlus tandem intelligere Solem potuisti, Optime Doctissimeque PATER, ut doceres omnes; me, ut sic dicam, in cælum tecum attolleres. Video igitur, & fateri cogor, summum illud jubar, luminis & caloris fontem, æstate in Perigæo nobis esse, hieme in Apogæo: hac etiam ratione Naturam sibi vicissitudine temporum nunc ardentem, nunc algentem, constare. Expecto quid WENDELINUS noster, summus sanè vir, cujus hîc nunc LAMPADEM Arcanorum Cœlestium cum Diatriba mea habes. Quia de Anagrammatismo scripseram, suâ ille Paradoxâ quatuor Anagrammatismis complexus est, felicior, nescio, an ingeniosior, & Mathematicos omnes provocavit. Tuum ego judicium tanti faciam, ut pro oraculo habiturus sim; si tuum accipiam, humanitati tuæ læto obobstringar. Sed tuo commodo ne importunus, sim;

sim; meo aëre ut pretium rependam. Vale, & hoc omnino age, ut divina ingenii tui monimenta in Belgio potiùs, quàm alibi excudantur; imò ut nostrum hoc ames cælum, qui totum possides, apud nos vivas, qui ubique immortalis es. Lovanii, in Arce, x. Kal. Julias. ∞. I Ↄ C. XLIII.

EPISTOLA LXXXV.

Coloniam.

FABIO CHISIO,

Episcopo Neritonensi, Nuncio Apostolico, cum potestate Legati à latere: nunc ALEXANDRO VII. *Pont. Opt. Max.*

Nescio quo genio fiat, ut, nisi præter epistolam aliud quid mittam, scribere non videar. Hæc eruditio tua, imò hæc dignitas est, quam utramque & suspicio & veneror. Habe istud nunc igitur CAROLI V. Imperatoris Elogium; quondam velut bellorum nostrorum simulacrum. Amplum satis, ut brevi-

ut brevitas epistolæ excusetur; tenue verò, si rerum, quas ad compendium duxi, magnitudinem considerem. Quid enim? Ingentem Historiam paucis paginis absolvi, labori & tempori parcens, ut ingenio uterer. Reliquos eodem charactere Cæsares Austriacos ex intervallo daturus sum, sed quantùm aliæ curæ permittent, partim publicæ, partim privatæ. Atque interim VITAE HUMANAE BIVIUM adorno, Virtutum & Vitiorum Lineis diductum: quæ quotidianæ nunc Dissertationes meæ sunt, & ad juventutem publicè erudiendam faciunt. Accedent hujus argumenti alia nonnulla, quæ adhuc inter schedas jacent. Ad NICIUM verò ERYTHRÆUM differo scribere, ut litteris quoque librum adjungam ad versus MICHALORI τῦ ἑαυτὸν τιμωρουμένου. Antapocrasin abortivam Italicam, quam CIRCULO ille meo URBANIANO objecit. Septuaginta errores nullum esse ostendo, sed cavillationes meras, Viro Docto & Bono indignas. Non intellexit, quæ scripsi, cùm semilusinus esset; aut noluit intelligere, ut imperitis imponeret. Unde ne rudis judicaretur ad malitiam confugit, & ut faciliùs falleret, linguâ vernaculâ usus est. Verùm hæc in ipso libro, quem & veritati debeo & famæ. Hac etiam occasione quæ fusiùs de Principio

Principio Diei scripsi, simul prodibunt. Vale Illustrissime & Reverendissime Præsul, & nunc oculos ad elogium converte, sed severiores, ut si judicium merear, magis etiam de affectu liceat gloriari. Si, ut juver, corrigar; non septuaginta tantùm, sed septingentos errores libens agnoscam. Sed ab hoc candore cùm MICHALORUS toto cælo & circulo abfuerit, suis erit tenebris involvendus. Lovanii, in Arce, XIV. Kal. Decemb. ꝏ. IↃC. XVIII.

EPISTOLA LXXXVI.

Mechliniam.

GUILIELMO BURIO,

Ecclesiæ Metropolitanæ Canonico.

HActenus bonam aliquam exspectavi occasionem, quâ *BRVXELLAM* meam, Bruxellam mitterem: dubitabam etiam an ipse met laturus essem. Sed ut valetudo est, & præsens aura, mutare consilium cogor: satis etiam erit librum Tabellario committere. Ad gloriam Urbis faciet me solùm non scribere; ad plenitudinem argumenti Suburbana quoque ac vicina repræsentari. In *FLANDRIA*

DRIA sua magnificus sanè & amœnus Clarissimus SANDERVS fuit, industriamque suam egregiè ostendit: non profectò infelicior sub hoc calamo Brabantia erit. Scazontes tuos vidi libens, quia elegantes, quia tuos, quia ad SANDERVM scriptos. A D. PAREDE litteras quoque accepi, humanissimas ab humanissimo: & tanquam te exprimat. Rem illam nummariam curæ habebit. Vale, & me amare perge. Lovanii, in Arce, Kalendis Decembris. ꝏ. I Ↄ C. XLIV.

EPISTOLA LXXXVII.

Mechliniam.

EIDEM.

TUAS nunc secundas accepi, & unà Humanissimi, Eruditissimique ASEDERPII litteras, qui & Carmine BRUXELLAM nostram sanè eleganti dignatus est. Responsum igitur hîc meum habes; quod ut videas, ad te quoque mitti, obsignare nolui. GRYPHVM penitùs absolvi: quemadmodum & TIMMAROMVM monui. Epigramma Tuum in limine libri velut Lampas lucet, aliorum Amicorum

mum, vicinus velut metæ. Reliquum est ut in liberis meis deinceps vivam, etiam ubi vixero: an & in libris? Quos utrosque Deus dedit. Sed libros liberi curabunt: hos nunc tuæ audeo benignitati commendare. Non potuit URBANUS meus excidere: qui in flore jam ætatis ac studiorum versatur, etiam nomine suo quasi jure quodam ad sacrum aliquod subsidium adspirans. Ecce qui has litteras meas porriget, etiam filius meus est, *HESSELUS* nomine, suavis indole, & sic virtutem ac prudentiam sequens; non unius linguæ peritus. Latinam, Gallicam, Hispanicam, novit, Italicam utramque: Aulæ aptus, in qua diutiùs egit; quin & negotiis, si occupetur. Nihil prætereà dico, ut & gener meus loquatur LAZARUS BONVICINIUS POSSIDONIUS, Duci Mutinensi à secretis, mihi plusquàm filius; vir optimus & ad res tractandas singularis. Is etiam filiam meam EUGENIAM, uxorem suam secum habet: & sic multum mei. Magna enim hæc jam familiæ meæ pars est, Filius, Filia, Gener, & tanquàm in Magna ipse & communi Patria sedem figam, Civium etiam Romanorum jure aliquando donatus. Hic litteris honor habitus est; quæ alibi florere non possunt, nisi ubi natæ sunt, & Mæcenates adhuc suos habent. Nos hìc jam

velut in mari & tempestate sumus, naufragio proximi, nisi quis è machina Deus juvet. Et quis igitur Musarum studiis locus? Languent nauseantque cum ipsis artibus ingenia, & vel ad aliam fortunam, vel ad aliam sedem vota attollunt, à bello ad pacem. Sed ego, ut dixi, lugeo Solem meum; Hesperum adoro, in quo Solem inveniam. Ita vale, & vive, Eminentissime Princeps, me, & liberos meos respice, æternitati tuæ dedicatos. Lovanii, in Arce, III. Nonas Februarii, CIↃ. IↃC. XLV.

EPISTOLA LXXXIX.

Romam.

CASSIANO à PUTEO,

Equiti, Abbati Caburrensi.

NOmen ecce meum, Vir summe, Equitumque decus, in tua nunc ausim humanitate, doctrina, elegantia, profiteri, quin & felix esse, quia Filium meum HESSELUM, non affectu tantùm singulari, sed & elogio prorsus Romano complexus es. Amando patrem, quanti facias filium, ostendere voluisti:

luisti; amando filium, quanti patrem. Sed & ego Filii nexum in me recipio, ut ille patris; & hoc jam ago, ut amare affectum tuum videar, elogium æstimare. Conditione inferior sum: conabor tamen ingenio assurgere; à studiis sumere, quod à fortuna non possum. In obsequium, nomen, quia simile, collaturus, à tua sic etiam humanitate, doctrina, elegantia impetrabo, ut animum ipsum hostimenti loco impendam. Hunc igitur honori tuo ac gloriæ consecro; ut totus, tuus sim, & tanquàm Romæ vivam: ut & filius; quem sic amo, ut sequi quocumque velim; quem sic sequor, ut satis nunquam amem. Vale, vive, & tuo nomine meum attolle, qui meo tuum colo ac veneror. **Lovanii, in Arce, VII. Eid. Mart. ∞. I Ↄ C. XLV.**

EPISTOLA XC.

Mediolanum.

PAULO SFONDRATO,

Congregationis S. Pauli.

Fateri delictum malo, quàm purgitare. Silui, & mei quasi oblitus, quod pulcherrimum

rimum in studiis officii genus est, intermisi. Tu, cùm irasci posses, benignior, novis me deliciis interpellas, & quasi torpentem excitas. Elephanti corio circumtectus sim, nisi totus jam incredibili humanitate commovear, & veniæ loco, etiam in pœnam me tibi tradam. Hanc unam tamen deprecor, ne silere vicissim velis. Nihil enim impatientiùs deinceps feram. Ut amâsse videar, scripturus sum: facilè autem scribendo impetrabo litteras tuas, qui silendo amorem mei non amisi. Imò ut scripsisse videar, amaturus sum: videbor enim, si affectu officium revocavero, errorem delere. Nunc munusculum addo; quod aliquid etiam Epistolæ habet, aliquid tui, quia Illustrissimæ Familiæ Tuæ nomine insinitum. Agnosces in STOFRANDO Anagrammatismum Excellentissimi Fratris Tui, quem pro obsequio meo & cultu inter primos belli nostri Duces brevi elogio veneratus sum. Boni consule, & me ama, tanquàm silentio non peccârim: scribe ut amari me sentiam. Vale, Lovanii, in Arce, xv. Kal. April. ∞.IↃC.XLV.

EPISTO-

EPISTOLA XCI.

Bruxellam.

JOANNI MANTELIO,

Ord. Eremitar. S. Auguſtini,

Philologo, poſteà Sacræ

Theologiæ Doctori.

FElix iter hoc Romanum ſit, felix munus, quod & tuo Suffragio, in electione Summi Ordinis Præfecti decoratum ibis, aliquo etiam (Sic voveo) dignitatis radio decorandus. Tantum doctrinæ tuæ debetur, prudentiæ, pietati: tantum tu ipſe Ordini tuo; ut, quemadmodum potes, velis eminere. Nos te in Belgio amavimus, & admirati ſumus: lumen Belgarum & Itali agnoſcent, ac fortaſſis ſibi volent detinere. Nos ſcripta legimus,

mus, laudavimusque; Itali æstimabunt; acres alioquin, & jure quodam, ingeniorum ac scientiarum censores: pari etiam benignitate fautores si politioris alibi aut Musæ, aut Suadæ, aut Sophiæ Mystas invenerint, ac præcipuè Romani aliquid exprimentis. Nullâ tesserâ opus, nisi quam à te sumas: ubique futurus, quod domi es. Meum interim nomen si usui esse poterit, tanquam amicitię Jure, tuum sit, apud notos ignotosque exhibe; quod sic quidem non tam usurpari videbitur, quam illustrari. Sed ut faciliùs animo tuo adhæreat hunc librum VIRTUTUM & VITIORUM BIVIUM Itineris Comitem habe, sic ipse enim tibi adesse videbor. Vale Reverende Admodum Pater, & feliciter proficiscere, favente Cælo, & quæ agenda erunt, felicissimè perfice. Lovanii, in Arce, IV. Non. Martias, ∞. IↃC. XLV.

EPISTO-

EPISTOLA XCII.

Bruxellam.

FERDINANDO NIPHO,

Magni illius Augustini Abnepoti, Canonico Cameracensi.

TRistissimum me invenerunt litteræ tuæ, mi NIPHE: jam enim de morte incomparabilis Heröis nostri CANTELMI intellexeram: fecerunt quoque; ita mœror è lectione, quasi novo vulnere recruduit. Magnum Virum publicè, Amicum privatim amisimus: quem nosse nunc etiam magis incipiemus, postquàm amisimus. Sed ita Deo visum: tantum virtutis lumen non dare hominibus, sed ostendere; & meliorem terris Virum, inter sidera collocare. Ibi vivet, ubi nemo moritur: extra invidiam, & gloriæ felix, æternus erit. Luctus igitur noster in laudes convertatur, dolor in encomia: quem celebraturi sumus, extinctum non putabimus. Miscebuntur interim & laudibus lacrymæ, & encomiis suspiria, quibus pietati satisfiet. Cùm autem responsum hoc meum, pro bono affectu tuo æstimes; patie-

mes; patieris simul, aliquo etiam mihi in pretio esse. Quomodò? Exemplar peto, quod inter reliquas epistolas meas, publicæ luci destinatas, servem: expensurus tamen sedulò, an bonum illum affectum tuum mereantur hæ litteræ, subitò, non scriptæ, sed effusæ. Si non eloquio, argumento bonæ sunt; quia laudes Magni CANTELMI attigi, non profectò implevi. Vitam ejus si licebit Elogio complecti, in exemplum ævi conferam, ostensurus, quibus virtutibus Militia constet, & ad veram gloriam ascendatur. De Fratre tuo, meoque Filio, avidè, quæ ex ROSENBCII litteris scribis, legi. Si votis locus, meum velim reducem nobis esse. Quid enim porrò iis in locis speret? Vacuus non veniet, si sanus, & litteris saltem Regiis commendatus. Te apud Illustrissimum INTERNUNCIUM esse, & sic esse, gaudeo & gratulor. Ornabis verò Spartam illam, & Romanus esse poteris, quamvis Bruxellæ sis; felix conditione, quemadmodum ingenio es; quod non elegantiis tantum, sed ipsis virtutibus fulcies, Optimi Patris tui exemplo, & Majorum. Vale, & Illustrissimo INTERNUNCIO cultum obsequiumque à me defer, Lovanii, in Arce, XIII Kal. Junii. ∞. IↃC. XLVI.

EPISTOLA

EPISTOLA XCIII.

Bruxellam.

ANTONIO BICHIO,

Abbati S. Anastasiæ, Belgicæ Internuncio Apostolico, postea S. R. E. Cardinali.

NOn tam felix nuper fui ut totâ humanitate tuâ fruerer: egregiè tamen ornatus, quia venerari vultum, & virtutes coram potui, quæ & vultu & sermone radios suos explicabant. Hinc animos sumpsi, ut majori nunc etiam audeam fiduciâ familiaritatem usurpare. Scribo ecce, & quia argumentum in præsenti à me non habeo, ab Amico sumo, qui mihi velut Pater est, & cui intima conscientiæ meæ penetralia per sacram Exomologesin patent. Ut facilem igitur accessum impetret, imò ut aliquid in negotio, quod proponet, auxilii ac favoris, rôgo. Multa hæc simul beneficia erunt; in illum qui petit, in illos pro quibus petit, in me qui petentem conor adjuvare.

 Vale

Vale Illustrissime & Reverendissime Domine, & me amare perge. Lovanii, in Arce, Prid. Kal. Julias. ∞. I XLV.

EPISTOLA XCIV.

Tongerloam.

AUGUSTINO WICKMANS,

Abbati Tongerloensi.

IN Cælo Terram; ut sic dicam, describi, minùs jam miror: in Terra habemus Cælum. Quicquid magnum, æternum, divinum est, Cælum est; & an breviùs? Ubi Deus colitur qui Unus continet omnia, Cælum est. Quâ quidem ratione, & tuam illam, quam pari pietate & prudentiâ, pari doctrinâ & bonitate regis, TONGERLOAM, cælum appello. omnia hîc pulchra sunt, & ad æterna excitant: omnia hîc magnifica, & ad Deum ducunt. Ne quis Solem desideret, summum Tu quidem astrum totâ Virtute inter tuos repræsentas, Purus, Candidus, mágis etiam animo quàm vestimento splendens: cujus mores tanquàm radii sunt, vita tanquàm jubar. Sidera

Sidera tua, Viri sunt, & te Mystagogo PRÆMONSTRANT omnibus Religionis exempla, pietatis dogmata, salutis arcana, alius aliâ luce, ut variæ animi dotes sunt, ingenii, doctrinæ. Habes in tam selecto cœtu, in tam composito choro, Theologos, Philosophos, & ne ornatus desit, Philologos, atque Litterarum studiis excultos: qui cùm tui sint, & sub tuis infulis, sic agunt omnes, domi, foris; ut amari; & sic eminent, ut celebrari mereantur. Unus nunc quidem hoc meo sed brevi Elogio *WILLIBRORDVS* tuus: ille aliquid tui exprimens; ideoque inter Claros Belgii nostri imò sæculi scriptores numerandus: qui profectò, ut omnes complectar laudes, nomine suo dignus est; quia magnum illum Sanctumque *WILLIBRORDVM* Frisiæ Apostolum, verissimè, accuratissimè, plenissimè descripsit. Evolvi volumen; & quid nisi lumen vocem? Sed illius temporis, quod Litterarum defectu obscurum aut creperum fuit, & nunc tandem verè illustratur. Extra nubem PIPINUM, illum HERSTALLIUM, extra caliginem CAROLUM, illum MARTELLUM scire licet: statum sub iisdem rerum, & potissimùm Religionis; cùm, qui Principes erant, essent Optimi, & rem Christianam, adhuc nobis nascentem, quâ pie-

quâ pietate, eâ liberalitate erigerent, Viris autem, locisque Sacris impensè faverent. Hęc, quæ hîc explicatur Historia, VITA S. WILLIBRORDI est, hæc imago virtutum, hæc tessera temporum, basis Antiquitatis Belgicæ, Divorum nostrorum velut Indigetum series & pictura. Hîc lego, quicquid scribere diversi potuêre, hîc præscripsit Unus, tanquàm plures conjungerent operam; complexus omnia, non compendio, sed Commentario; facundus sine fuco, ut sua stabiliret; ingeniosus sine fastu, ut aliena ac fallentia oppugnaret. *Ardua res*, ut Plinii verbis utar, *Vetustis novitatem dare, novis auctoritatem, obsoletis nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubiis fidem*. Sed profectò in hoc Opere Novitas illa est, Vetustas corrigitur; Auctoritas illa, nihil sine teste effertur: Nitor ille; splendent omnia: Lux illa, vincuntur tenebræ: Gratia illa, horror sublatus est: denique Fides illa, vivis mendacia rationibus profligantur. DIATRIBA erat; sed revera gemmæ sunt, quæ cùm ubique conspicuæ erunt; in Bibliothèca tamen Ascęterii tui, quæ luculentissima est, lucebunt maximè & inter tot librorum gemmas. Coronæ sunt, quibus & D. *WILLIBRORDUM*, Auctor & te simul Antistitem suum, basilicè exornat. O pulchrum argumentum! O suave

O suave illicium! Tanquàm à se non abiret, suum in DIVO invénit nomen, & gloriari potuit; DIVI in suo, & scribendo cælum veneratus est. Unius præterea VITA, plurium Historia est, & qui Sacra, felici ingenii dexteritate explicuit, profana simul emendavit. prodeat ergo hoc Opus, hæ DIATRIBAE, hæ DISSERTATIONES, & tuis pompam aureis scriptis, Optime, Doctissimeque Præsul, faciant. Tuis, inquam, quæ ut pia & facunda; ita cum fructu & famâ publicâ passim leguntur. Non ineo numerum, cùm vel sola *BRABANTIA MARIANA*, quam nuper paucis periodis prosecutus sum, numerum faciat, & jam Bibliothecas omnes impleat, ac ditet. Nullum *BRABANTIA* pretiosius elogium habet, *MARIANA* est; nullum Ipsa Dei Mater, quæ totâ *BRABANTIA* colitur: sed quam totam in tot Urbibus, Oppidis, Pagis, Virgineo TONGERLOA Tua, cultu exhibet & comprehendit. Quid prætereà? Ut scribis, unam tot locis DIVAM, ita uno præcipuè, sed tuo, totam colis; quæ nobilissima Scriptio est. Illa te, Optime & Amplissime Antistes; te, inquam, & Scriptorem suum, & cultorem, Deo propitio, incolumem servet, & longævum reddat! Felicem *TONGERLOAM*, quæ à te regitur, & nova

& nova quotidie incrementa & ornamenta capit! Hoc votum meum est, quo claudo, meque tuum profiteor, vero affectu, obsequio, cultu. Lovanii, in Arce, XVI. Kal. Octob. ∞. IↃC. XLV.

EPISTOLA XCV.

Tongerloam.

E I D E M.

JUDICIUM meum de Vita *S. VVILLIBRORDI* scripseram, ut abeuntem te è vestigio sequeretur. Detentum verò à MAXIMILIANO filio meo, qui supervênit, & ferre ipse officii caussâ voluit. Ab ipsius igitur manu, tanquàm meâ accipias, rogo, non tanquàm mittam, sed porrigam, ac præsens tenuitatem eloquii excusem. Quid omnino sentiam, expressi: & hoc satis erat. Memor etiam ad quem scriberem, Virtutes tuas breviter simul veneratus sum, captus imprimis admirabili humanitate; & quid nisi à multis, & amœnioribus litteris profecta? Sic profectò doctrina tua, sic & dignitas ornatur; sic te amabilem omnibus suavissimi mores reddunt. Patere

Patere igitur; ut arctiore deinceps vinculo tuus ſim, & peculiari aliquo ingenii monumento ſurgere ad patrocinium tuum audeam, novus, ſed verus ſtabilisque cliens. Deerat mihi in Belgio Borromæus; hunc in te inveniam, & felix ero: deerant animi, hos à te ſumam, & felices ipſas, quas tracto, litteras faciam. Scripſi Sacra, ſcripſi Profana; ſed neutra tamen ab amœnitate abeunt. *A Iove principium*: Sacra colligere cœpi, & in unum volumen cogere, ut ſimul edantur; quorum Elenchum ad te propediem dirigam, tuum nomen in tutelam aſſumpturus. Profana deinde hoc exemplo faciliùs patronum nanciſcentur: de quibus minùs jam ſolicitus ſum. Quia recenter lineas has protruſi, Politicas, Ethicas, Militares; Exemplares adjungo, & parco munere, magno affectu, totum me Virtuti, Doctrinæ, Dignitatique Tuæ mancipo. Lovanii, in Arce, XII. Kal: Octob, CIↃ. IↃ C. XLV.

EPISTOLA

EPISTOLA XCVI.

Bruxellam.

BARTHOLOMÆO DE LOS RIOS ALARCONIO,

Ord. Erem. S. Augustini, *Theologo, & Concionatori Regio.*

O pulchrum & pium ingenii munus, quod accepi! Nec potuit eruditus & bonus *GVILIELMIVS* noster, gratior ad me venire. In ipso statim titulo, pretium libri vidi & æstimavi. *CATHEDRAM CRVCIS*, & in ea *DOCENTEM CHRISTVM & PATIENTEM*. Sed profectò *SEPTEM VERBA*, omnis Oratio. Quo etiam numero, verè Sacro, partes libri continentur. Legam omnes, & tuâ pietate animum, tuâ doctrinâ ingenium, tuâ Suadâ linguam instruam, imò ditabo. Tergeminus hic fructus erit, triplex beneficium, in uno; nisi potiùs Septemplex debeam appellare. Quia vehementer igitur obstrictus sum, ostendam saltem me debere; non munus (impar enim erit) sed pignus muneris propediem missurus.

missurus. Dum conabor gratus esse, bonam voluntatem aperiam, & audebo etiam numero placere. GRIPHVS erit SEPTENARII, quo BRVXELLAM incomparabili exemplo SEPTENARIAM descripsi, & LVMINIBVS Historicis, Politicis, Miscellaneis illustravi. Opus paratum est, paratus etiam MOMMARTIUS, ut typis suis, jam jam mittendum excudat. Vale, & me amare perge. Lovanii, in Arce, Eidibus Octobris. ∞. I Ↄ C. XLV.

EPISTOLA XCVII.

Mechliniam.

LUDOVICO LINDANO,

Pastori Rymenantano.

Non multis profectò, sed bonis notum esse, solidissima famæ portio est: ita videor quoque non multorum numerum, sed bonorum augere, quæ pulcherrima doctrinæ. Tu vero quemadmodùm scribis, nimium mihi tribuis; quemadmodùm amas, cogor quodammodò laudes admittere. In hisce video, quod in Epistolis meis extollis: quia enim

candidus, eruditus, elegans es, tuo ingenio meum metiris; sed tuo simul affectu meum accendis. Quomodò non amem sic laudantem? Quomodò non laudem sic amantem? Quia & delicium meum, delicium pietatis Patrem *HVYNIVM* in argumentum amicitiæ trahis, prorsus me tibi obnoxium reddis. Cogita igitur, & *PVTEANVM* tibi *HVYNIVM* esse, à quo quicquid Amicus Amico debet, exigas; exspectes etiam, si inverecundum putes exigere. Offero ingenii officia, quæ litterarum studiis fœcunda sunt, libens missurus libros, quos à prælis quæ nunc fervent, colligam. Allubescet fortassis Genio tuo *BRVXELLA*, quia *SEPTENARIA*, & *NVNDINÆ*, quia *ROMANÆ*; quæ ad Fastos simul illustrandos facient, non Veteres tantùm, sed Novos. De reliquis Epistolarum CENTURIIS mox etiam statuam. Interim, quæ tempora! Quæ bella! Nimiùm, ô nimiùm Musis infesta. Inter hos turbines, quis Bonæ Menti locus? In hoc mari, quæ malacia? Jacent meherclè ingenuæ Artes, & quia barbaries passim ingenia occupat, ipsi animi efferantur. Scholæ & Scientiæ plus Martis, quàm Palladis habent; majori fastu, quàm cultu. Sed contraho hunc sermonem, ne queri videar: in te invenio, quod multorum & fero-

ciæ, &

ciæ, & furori opponam: pectus mite ſubaćtumque litteris, & gratiarum deliciis imbutum. Hujuſmodi Verſus tui epiſtolæ adjuncti, prorſus mellei; qui cùm nomen meum ad omen ducunt, ludunt honore, ut amorem repræſentent. Sic oſtendis te bonum eſſe, & amari dignum: ſic ſimul eruditum eſſe, & dignum honorari. Vale. Lovanii, in Arce, Poſtrid. Kal. Mart. ∞. IↃC. XLVI.

EPISTOLA XCVIII.

Mechliniam.

NICOLAO HUYNIO,

S. Th. Doctori, Philologo, & Carmelitarum Priori.

AMicè & elegantèr ad me Lindanus tuus ſcripſit, amorem teſtatus laudibus, quas ut ingenuè dicam, nimias cumulavit; Elegantiam ipſo Epiſtolæ genio ſuis quaſi gratiis ridente, qui me totum cepit. Jam noveram virum, priuſquàm noveram, imò jam amare cœperam, quem tuum è filio meo J u s t o intellexeram: ſed tuum eſſe, id verò eſt è vulgo

non esse. Respondeo igitur, & satis quidem eleganter, si amicè, ut quod ingenio nequeo, animo consequar, in te *LINDANUM*, te in *LINDANO* amem. Vale. Lovanii, in Arce, Postrid. Kal. Mart. ∞. IↃC. XLVI.

EPISTOLA XCIX.

Dusseldorpium.

P. CASSIANO GELDRIENSI,

Capucino Exprovinciali.

ETIAM quæ serò mitti solent, à mora capiunt pretium: & retardata lectio majorem deinde animo voluptatem adfert. Id mihi sanè in pulcherrimo aureoque Opere Rheitiano contigit. Magis enim post longum desiderium delectari potui, tantòque avidiùs, quantò tardiùs, admirandam illam cæli imaginem inspexi. Nunc igitur gratiam, & pari obligatione scribo, ac si pridem compos factus essem lectionis; quâ nunc facilè etiam satiabor: memor semper futurus bonitatis tuæ ac pietatis, ipsam doctrinam & facundiam, cæterasque tranquilli animi dotes commendantis. Cæte-

rùm in

rùm in rebus hîc meis nihil ferè novi: in studiis temperare cogor, prorsus tanquàm ætati obediam quotidie monenti, *QVIESCENDVM ESSE*. Edidi tamen nuper de Nundinis Romanis librum, & nunc recenter BRUXELLAM Septenariam, quam bonâ aliquâ occasione missurus sum. Nundinas nunc habes, quam fasciculus litterarum recipiebat. Vale Optime PATER, & me etiam in sacris ad Deum precibus ama. Lovanii, in Arce, I V. Non. Julias. ∞. I Ↄ C. XLVI.

EPISTOLA C.

Cracoviam.

PETRO GEMBICKI,

Episcopo Cracoviensi, Duci Severiæ.

CUltum, quem Magnis Virtutibus Tuis debeo, & Pompâ Prosphoneticâ nuper professus sum, ne in ipso quidem silentio sino flaccescere. Ab eo verò tempore, quo in Contubernium


tubernium meum & intimam eruditionis familiaritatem D. *STANISLAUS BRUDZYNSKI* venit, nobilissimus ille inclytæ Familiæ Tuæ Surculus, ipso renovare sermone officia mea potui, & tanquàm assiduè scriberem, loqui. In hoc sanè Juvene (prędiscinè dixerim) inveni, veram quicquid laudē meretur; indolem rectissimam, & rerum magnarum capacem, ingenium penetrans, eruditionem maturam, mores suavissimos, & quales ipsa Virtus ac Doctrina forment, Religio ac Pietas. His accedit admirabile discendi desiderium, quo per annum jam & menses aliquot, ita delectatus sum, ut volupe fuerit arcana ei studiorum aperire. Abit nunc igitur; quia à Parentibus Domum rovocatus, sed uberem fructum non longæ peregrinationis secum defert, quem Familiæ & Reipublicæ impendat. Non jam Scientiis sed annis duntaxat opùs; ut quę didicit auctoritatem inveniant. Conatus est exemplo tuo bonus doctusq; essę: dignus affectu proinde ut Magnus evadat. Ita voveo, & quem dimitto, retineo in animo meo, tanquàm æterno Contubernio fideliter hæsurum. Erit apud me *BRUDZYNSKI* nomen tanquàm Amici, quod Polonia mox suscipiet. Aliquam sic fortassis memoriam mei nobilissima ingenia excolentis, etiam cùm non ero, retentura.

Ita vale

Ita vale & vive Illustrissime ac Reverendissime Domine, & nunc etiam in *BRUDZYNSKIO* Tuo me ama. Lovanii in Arce, Nonis Septembris. ∞. IↃC. XLVI.

CENTURIÆ I.

FINIS.



N.

INDEX EPISTOLARUM

CENTURIÆ I.

A

Cæsari

C

E

F

Ludovic[o]

R. *Richardo*

FINIS.





LOVANII,

Typis ANDRÆ BOUVETII, Typogr. jurati. MDC. LXI.